

cum propinquis. Præterea satellites agmenq; Thracium: Germanumq; & Galathæ uelut ad bellum instructi omnes antecedebant. Cætera uero militum manus armata duces suos ordinumq; principes sequebantur. Quingenti autem serui ac liberi odores ferebant corpus autem per. cc. stadia portatum est in castellum Herodion ibiq; secundum ipsius regis mandata sepultum est. Et Herodis quidem hic finis fuit.

¶ De bello Iudaico. Liber secundus incipit.

¶ Archelaus propter turbationes nouas cogitur proficisci Romam: multos occidit die festo qui Pascha appellatur. relinquit Philippum procuratorem regni & curatorē familiarium rege: rationem administrationis reddit Cæsari archelaus: accusatur archelaus: apud Cæsarem: quod noie tantum Cæsarem ostendisset regem non re ipsa: defenditur a Nicolao Archelaus: & ad pedes Cæsaris se prosternit: Iudæi cum relictis ab archelao congregiuntur. Varus res componit petunt Iudæi ut per iudices res ad ministrantur: Cæsar non auctens his Archelaum tetrarcham fecit in media parte: pollicens regia dignitate donaturum: aliam medietatem regni aliis duobus filiis Herodis dimisit: donauit Cæsar aliis muneribus cæteros filios & filias Herodis.

CAP. I.



Urbium autem nouarum principium fuit Archelao Romam proficiscendi necessitas. Diebus enim septem in lugendo patrem consumptis: epulisque feruoribus prolixè populo exhibitis. Hic autem mos apud Iudæos necessarios multos ad inopiam redegit. Nam qui eum neglexerit impius æstimabitur: candida ueste indutus procedit ad templum. Ibiq; uariis fauoribus exceptus a plebe ipse quoque in excelso tribunali solioque aureo residens humanissime uulgus admittit: eisq; & quod sepulturam patris sedulo curauissent gratias egit: & quod sibi quasi certo iam regi magnos honores adhibuissent. Verum se tamen ait non potestate solum interini: sed etiam ipso regis nomine temperare: donec a Cæsare sibi fuerit confirmata successio: qui etiam testamento rerum esset omnium dominus constitutus. Iccirco enim se apud Hiericunta uoluntati exercitus restitisse cum sibi diadema uoluisset imponere. Cæterum alacritate ac beniuolentia æque militibus etiam populo plenam se uicissitudinem relaturum si ab his quorum etiam imperium certus rex declaratus esset: studiumq; sibi esse: ut erga illos rebus omnibus parte melior appareret. His gausa multitudo statim eius mentem magnis tentare petitionibus cepit. Nanque alii tributa leuari: alii uectigalia tolli: quidam solui custodias acclamabant. Cunctis autem postulatis in gratiam populi facile annuebat Archelaus. Deinde celebratis hostiis cum amicis erat in epulis. Ecce autem subito post meridiem congregati non pauci nouarum rerum studiosi: ubi cõmunis luctus de rege cessauit: propria lamenta suscipiunt flentes eorum casum quos propter abscissam ex porta templi aquilam auream Herodes morte damnauerat. Dolor autem non occultus erat: sed clarissimis quæstibus fletuque iusto & planctu ciuitas personabat uiuorum causa uidelicet: quos pro templo ac legibus patriis interiisse dicebant. Eorum autem mortis pœnas ab illis quos Herodes pecuniis donasset repetendas esse clamitabant: ac primum quem his constituerat pontificem reiiciendum: aliūque pietate præstantem: magisque purum coaptari debere. Quibus & si mouebatur Archelaus ad ultionem: tamen eum uelut per profectionis metum continebat festinatio: ne si multitudinem reddidisset inimicam: motu eius impendiretur. Quamobrem monendo magis quam ui experiebatur sedare turbatos: missoque magistro militum ut quiescerent rogabat. Sed illum seditionis auctores ubi ad templum uenit: priusquam uerbum faceret: lapidibus perturbauerunt: & aliis post eum mulcendi sui gratia missis: multos enim allegabat Archelaus iracundie omnia responderunt. Neque si numero aucti fuissent: occisi fore uidebantur. Itaque instante azymorum die festo qui apud Iudæos Pascha uocatur: plurima uictimarum copia plenus: infinita quidem ad templum ex agris multitudo religionis causa descendit: cum illi qui sophistas lugebant: in templo consisterent nutrimenta seditioni quærentes. Hoc autem metu Archelaus antequam omnem populum morbus iste corrumpere: cohortem militum & chiliarchum qui etiam seditionis principes comprehenderent eo dirigit: contra quos omne uulgus excitatum multos lapidum ictibus interfici sauius uero Chiliarchus uix elabatur. Et illi quidem statim ueluti nihil mali actum esset ad celebranda sacra conuersi sunt. Sed archelao sine cæde iam multitudo comprimi posse non uidebatur. Quamobrem totum illis immisit exercitum pedites per ciuitatem simul omnes equitesque per campum qui cum sacrificiis occupatos singulos inuasissent: prope ad. iiii. milia hominum occidunt: reliquam uero manum per muros proximos deiecerunt. Precones autem sequebantur Archelaum iussu eius unūquemq; ut domū rediret admonendo. Itaque cuncti neglecta dei festiuitate abiire. Ipse autem cum matre necnon & Põpla & Ptolemæo & Nicolao amicis ad mare descendit reli-

CC iiii

eto Philippo regni procuratore: itemque rerum familiarium curatore. Vna uero egressa est cum filiis suis Salome fratrisque regis filii genere: specie quidem uelut Archelao ad successionem firmam adiuumento futuri: certa uero causa quæ contra leges in templum dimissa fuerant delaturi. Interea fuit illis Cæsare obuiam Sabinus Syriae procurator ad Iudæam ueniens ad pecunias custodiendas Herodis. Quem ulterius progredi uarus inhiuit multis accitis Archelai precibus intercedente Ptolemeo. Et tunc quidem Sabinus in gratiam Vari neque ad arces uenire properauit neque thesauros paternæ pecuniæ clausit Archelao: sed usque ad cognitionem Cæsaris se otiosum manere pollicitus apud Cæsarem commorabatur. Postea uero quam sibi obstantium unus Antiochia petiit: alter hoc est Archelaus romam nauigauit: mature profectus in Hierosolymam regiam tenet: studumque principibus idemque dispensatoribus euocatis: rationes pecuniarum discutere conabatur: & arces occupare tentabat. Non tamen immemores Archelai mandatorum custodes erant sed in obseruando singula quæque perseuerabant: causam custodiæ magis Cæsari quam Archelao tribuentes. Cum hoc autem antipas quoque de regno certabat: posteriore superius herodis testamentum firmiter esse defendens in quo rex ipse Antipas fuerat scriptus: eique tam Salome quam multi alii cognati qui cum archelao nauigarent suffragio esse promiserant. Ducebant autem secum matræ fratrem que Nicolai Ptolemæi in quo pro fide apud herodem probata non nihil uidebatur esse momenti. Namque illi fuerat amicorum carissimus. Oratori autem Irenæo propter dicendi acrimoniam plurimum confidebat unde etiam qui se monerent ut archelao pro ætatis merito & secundi testamenti uoluntati cederet audiendos esse non censuit. Romæ uero migrauerunt ad eum cunctorum studia propinquorum quibus inuisus erat archelaus: quique præcipue liberi omnes sui que iuris esse cupiebant: & aut Romano magistratu administrari aut si hoc non impetrarent Antipam regem habere ad hoc etiam Sabino petebatur Antipas qui archelaum per epistolas accusauerat apud Cæsarem: Antipam uero multum laudauerat itaque digesta crimina Salome & cæteri qui cum ea sentirent Cæsari tradiderunt & post eos Archelaus gestorum suorum perscripta capitula patrisque anulum per Ptolemæum rationesque administrationis intromisit ad Cæsarem. Ille autem præmeditatis eis quæ ab utraque parte dicerentur: ubi & regni magnitudinem multitudinemque reddituum animaduertit: atque in sua per Herodis familiam numerosam prælectis etiam Vari ac Sabini litteris optimates romanorum ad consiliū uocat. In quo tunc primū ex agrippa quoque ac filia sua natū Gaiū sedere iussit filiū adoptiuū: atque ita partibus presequedi copiā dedit. Igitur Salomes filius antipater. Namque is erat orator acerrimus eoque aduersabant archelao: accusationē proposuit insimulās archelaū quæsi uerbis quæ de regno uideretur contēdere: re autem uera iam dudum rex esset effectus: & apud aures modo Cæsaris cauillaretur: quem iudicem successionis expectare noluisse. Nam post Herodis mortem quibusdam ut diadema sibi imponerent subornatis regis eum morte in solio aureo residentem partim ordines militiæ permittasse: partim condonasse promotiones: & insuper his omnia annuisse populo: quæ uelut a rege imperanda petiisset: maximorumque reos criminum quos pater suus uinxerat absoluisse quique ista fecisset: modo regni umbram a domino postulaturus uenisse: cuius sibi corpus ipse rapuisset: ut non rerum: sed uocabulorum dominum esse Cæsarem demonstraret. Ad hæc ei quoque etiam luctum patris assimulasset obieciebat: cum interdū quidem personam componeret in mœrorem: noctū uero ad commensationes usque potaret. Denique seditionem uulgi ex hac indignatione conflam esse dicebat: torius autem orationis suæ uires eorum multitudine qui circa templum cæsi fuerant adstruebat: Hos enim ad diem festum quidem uenisse: ad hostias uero quas ipsi mactauerant crudeliter esse iugulatos: tantumque in templo funerum esse congestum quantum nullum ab externis illatum bellum implicabile congesisset. Itaque huius crudelitatis Herode presso ne spe quidem regi nunquam eum dignum esse uisum nisi cum sanæ mentis inops erat: anima deterius ægrotante quam corpore: & quem in secundo testamento scriberet ignorabat: præsertim qui priore testamento scriptum incusare nihil posset: sed incolumi corpore omni que uitio purgata mente fecisset. Vt tamen quis firmiter esse ponat morbo laborantis arbitrium ipsum se Archelaum abdicasse regia dignitate: multis in eam contra leges admissis. Nam qualem fore si acciperet a Cæsare principatum: qui antequam acciperet tantum populum peremisset? Occulta in hunc modum persecutus Antipater multis ex numero circumstantium propinquoque in singula crimina testibus exhibitis perorauit. Surrexit autem Nicolaus defensor archelai & ante omnia eadem in templo necessario factam esse perdociuit. Nam quorum necis aueretur: non regni solum sed etiam ipsius iudicis id est Cæsaris hostes fuisse: aliorum autem criminum suasores aduersarios demonstrauit. Secundum uero testamentum iccirco ratum manere postulabat: quod Herodes in eo successoris sui firmatorem Cæsarem constituisse. Nam qui tantum sciret in rege domino potestas succederet. Nec unquam in Herodis errore iudicio: sed sano corde quem constitueret elegisse qui per quem constitui deberet non ignorauit. Cum autem omnibus expositis etiam Nicolaus perorasset in mediū progressus Archelaus ad genua Cæsaris accedit otiose. Quo benigne a Cæsare erecto eo quoque paternam quidem successione dignus esset ostendit certum uero nihil pronuntiauit. Sed illo die dimisso consilio: se cum ipse de cognitis deliberabat: utrum ex his qui testamento continerentur aliquem regni oportet

eretur constituti successorem: an toti familiae distribui principatum. Multitudo enim personarum egeret subsidio uidebatur. Sed antequam de his quicquam statueretur a Cæsare mater archelai Malthace morbo corrupta moritur. Et Vari litteræ de Syria prolatae sunt iudæos defecisse nuntiantes quod uace morbo prospiciens Hierosolymam postquam Archelaus nauigaret ascendit ut incensores seditio- nis cohiberet. Et quia multitudo cessatura non uidebatur ex tribus quas e Syria duxerat secum cohortibus unam in ciuitate reliquit: atque ita in antiochiam ipse remeauit. At Sabinus cum postea in Hierosolymam uenisset causas nouarum rerum iudæis præbuit: modo uim custodibus ut arces sibi traderent adhibendo: nunc maligne regis exquirendo pecunias. Non autem solis relictis a Varo militibus fretus erat sed etiam seruatorum suorum multitudine: quos etiam omnes armatos auaritiæ militibus habebat. Festo autem quinquagesima die quæ pentecoste a iudæis uocatur: septies septem diebus ex actis rediens ex eorum numero uocabulum nata non religionis solennitas populum sed indignatio congregauit. Denique concursus infinitæ multitudinis ex Galilæa idemque Idumæa & Hiericunte trans iordanemque positis regionibus factus est: cum indigena ex ipsa ciuitate populus iudæorum ex numero simul & alacritate præstaret: & tripartita manu terna castra collocauerunt: una in septentrionali regione templi: altera in meridionali Hippodromum uersus: tertiaque in occiduo prope regiam tractu circumfessosque Romanos undique obsidebant. Sabinus autem multitudine pariter eorumque spiritu perterritus: crebris quidem Varum nuntiis precabatur: ut quam mature ferret auxilium quasi lanianda cohorte si quid moræ interuenisset. Ipse uero in altissimam castelli turrim quæ Phaselus uocabatur euadit fratris Herodis cognomine: quem parthi necauerunt. Hinc militibus cohortis: ut in hostes irruerent signum dabat. Nam præ timore quibus ipse præerat descendere nullus audebat. Eius autem præceptis milites obediens in templum uolant: uehementique cum iudæis pugna confligunt: in qua dum nemo desuper adiuuaret imperitos belli peritia superabant. Postea uero quam multi iudæi porticibus occupatis a uertice sagittis eos appetebant: plurimi contrebantur: & neque ex alto iaculantes ulcisci facile poterant: neque commutius dimicantes ferebant. Ab utrisque tamen afflictis succendunt porticus: opere magnitudine atque ornatu mirabiles. Ibi que cum multi flamma subito comprehensi aut ea consumebantur: aut in hostes desilientes: ab ipsis occidebantur: alii introrsum cedentes præcipitantur ex muro. Nonnulli desperata salute incendii periculum suis gladiis præueniebant. Qui tamen ex nocentibus obrepido in Romanos fecissent impetum metu attoniti nullo negotio subigebantur: donec omnibus aut interemptis aut timore deiectis thesauro dei defensoribus destituto manus milites attulerunt: & quadringenta ex eo talenta diripere. Quorum quæ furto sublata non sunt congregauit Sabinus. At iudæos multo plures: magisque pugnantem tam uirorum quam opum interitus in Romanos contraxit. Obsessaque regia minitabantur exitium: nisi quamprimum inde secederent: Sabino si uellet una cum cohorte militum abeundi copiam pollicentes. Quibus opitulabantur regalium plurimi qui ad eos sponte transfugerant. Pars tamen bellicosior. Erat Sebastenorum tria milia. Hisque Rufus & gratus præpositi unus peditum rector: at uero equitum Rufus. Quorum uterque uir corporis atque prudentia: etiam si nullam manum obedientem haberent: magnum tantum momentum belli Romanis addidissent. Itaque iudæi quidem instare obsidioni simul: & castelli moenia tentantes & ad Sabinum clamantes: ut nullo impediens discederet: habituros tanto post tempore patriam libertatem. Sabinus autem quanquam optaret euadere: fidem tamen pollicitationibus non habebat sed eorum lenitatem insidiarum esse illecebram suspicabatur: simulque auxilium Vari sperans obsidionis periculum perferbat. Eodem tempore per iudæam plurimis locis tumultus erat multosque ad regni cupidinem tempus impulerat. Nam in Idumæa quidem duo millia ueteranorum qui sub Herode militauerunt congregati armis instructi cum regalibus decertabant. Quibus Achiabus regis consobrinus ex uicis munitissimis repugnabat campestre prælium declinando. Inferiori autem Galilææ Iuda filius Ezechiae latronum principis ab Herode quondam rege capti: qui tunc illas regiones uastauerat: non parua multitudine collecta raptisque regis armentariis: & omnibus quos circa se habebat armatis contra potentia cupidos manus mouebat. Trans flumen quoque Simon quidam ex regalibus seruis pulchritudine simul & uastitate corporis fretus imposito sibi diademate cum latronibus quos congregauerat ipse circumiens: & apud Hiericunta regiam: & multa alia magnifica diuersoria igni corripit: facilem sibi prædam ex incendio comparans. Omnesque habitationes in quibus aliquid decoris erat concremasset nisi Gratus regionum peditum rector ex Trachone sagittarios: itemque Sebastenorum pugnatissimos ducens properasset occurrere. Vbi peditum quidem in pugna multi consumpti sunt: ipse autem Simonem compendio præuenit ardua ualle fugientem: & ex transuerso percussus in uertice deiecit. Incensæ sunt autem & quæcunque Iordani proxima fuerunt sedes regiae apud Betharamathem quorundam aliorum manu conflata ex locis ulterioribus: tunc etiam pastor quidam cui nomen erat Gaius regnum affectare ausus est: quod ut speraret uir corporis animæque fiducia mortem contemnentis impulsus est. Ac præterea fratrum sibi similibus robore quorum singulis tanquam ducibus & Satrapis

attributa manu armatorum ad iurisdictionem utebatur. Ipse autem ueluti rex maiora negocia procurabat. Et tum quidem sibi etiam coronam imposuit: non paruo autem post tempore cum fratribus suis uastando territoria & occidendo praecipue Romanos itemque regiones perseverauit: cum nec Iudaeorum quisquam effugeret: qui lucrum aliquod ferens uenisset in manus. Ausi sunt autem apud Amathunum quidam centurionem: & xl. fortissimos iaculis confecere. Caeteri uero in periculo constituti sinistra indigenas itemque alienigenas per omne bellum gestis post aliquod tempus in hunc modum comprehensi sunt nati quidem maximus ab Archelao. Duo uero qui aetate sequebantur in manus Grati ac Ptolemæi delati. Nam quartus archelao pactione concessit. Sed hic finis eos postea secutus est. Tunc autem latrocinali bello cunctam inflammabant Iudaeam. Varus autem acceptis Sabini & principum litteris toti cohorti metuens opem his ferre properabat. Itaque cum duabus reliquis cohortibus & quadringentis equitum in Ptolemaida profectus eodem regum atque optimatum auxilia conuenire iussit. Ad haec a Berytiis etiam cum per eorum transiret oppidum: mille & quingentos accepit armatos. Vbi uero in ptolemaidem tam caetera manus auxiliorum quam propter Herodis inimicitias Aretas rex arabum non cum exiguo numero equitum peditumque peruenit. statim exercitus partem in Galilaeam quae Ptolemaidi propinquior erat dirigit amico suo Caio his rectore praeposito. Qui mox & aduersus quos ierat omnes in fugam uertit: & Sephorim ciuitatem captam ipsam quidem incendit: incolas uero eius seruitio subiugauit. Varus autem ipse cum omni Samaria potius ciuitate quidem abstinuit: quae inter aliorum turbas nihil eam mouisse depræhendit. castris autem ad uicum positus qui appellatur aron ptolemæi possessionem propterea direptam a barbaris: & ab amicis Herodis qui ptolemæo insens erant. Inde Sapho progreditur alterum uicum tutissimum: quem similiter omnino redditus ibi repertos fuerant depopulati. Caedis autem ignisque plena erant omnia: nec praedae Barbarorum quicquam obstabat. Exusta est autem Emaus iussu Varii necessarii caeterorumque indigne ferentis habitatoribus eius fuga dispersis. Hinc progressus ad hierosolimam cum exercitu solo uisu: Iudaeorum castra disiecit: & alii quidem per agros abiere fugientes. Qui uero intra ciuitatem degebant suscepto eo seditionis causas in alios conferebant: nihil quidem se penitus nonisse dicentes sed propter diem festum receptam necessario multitudinem in ciuitate obsessos esse potius cum Romanis quam cum seditiosis conspirasse. Ante uero obuiam ei uenerant Iosephus archelai confobritinus: & cum Grato Rufus agentes exercitum & Sebastenos: & ex Romana cohorte milites ornatos ornatu consueto. Sabinus enim nec in eos Varii uenire passus iam dudum ex ciuitate ad mare discesserat. Varus autem dispartitum aduersus auctores tumultus per agros dimisit exercitum: multisque sibi exhibitis: quos minus turbulentos inuenisset custodiae tradidit: maxime uero nocentium prope ad duo milia crucifixit. Adhuc autem super Idumaeam superesse decem armatorum milia nuntiato. Confestim arabas domum redire iubet: quia eos non auxiliantium more uti militias: sed pro sua libidine & ultra quam ipse uellet agros uastare perspexit: suis autem conuocatis agminibus in aduersarios properabat. Verum illi se Varii antequam in manus uenirent Achiabi consilio tradiderunt. Varus autem multitudini uenia data duces eos interrogandos misit ad Caesarem. At ille cum ignouisset caeteris: nonnullos regis cognatos: erant enim quidam inter eos Herodis propinqui: supplicio subiugari praecipit quia omnino contra regem suum arma coepissent. Varus autem hoc modo rebus apud hierosolimam compositis eademque cohorte quae dudum in praesidio ciuitatis fuerat ibi relicta antiochiam abiit. Romae autem archelao alia rursus cum Iudaeis causa conflata est: qui ante seditionem permissu Varii legati exierant: sui genti suae liberum petaturi. Erant autem numero quinquaginta qui uenerant astantibus una cum populo qui Romae degerent octo milibus Iudaeorum. Itaque conuocato a Caesare optimatum romanorum amicorum concilio in palatini Apollinis templo quod priuatum ipsius erat aedificium admirandis opibus exornatum: multitudo quidem Iudaeorum constitit cum legatis contraque archelaus cum amicis. Cognatorum autem amici ab utraque parte secreti aderant. Nam & cum archelao stare propter odium atque inuidiam recufabant: & cum accusatoribus conspici pudore Caesaris prohibebantur. Inter quos erat etiam Philippus Archelai frater beniuolo animo duabus ex causis praemissus a Varii ut & archelao subueniret: & si regnum Herodis nepotibus distribui placuisset: partem aliquam mereretur. Iussit autem accusatores exponere quae nam contra leges fecisset Herodes: primum non se regem sed omnium qui usquam fuissent: tyrannum crudelissimum tolerasse dicebant. Deinde multis ab eo trucidatis ea pertulisse superstitibus ut beatiore mortui putarentur. Non enim tormentis solum eum lacerasse corpora subiectorum: sed etiam gentis suae ciuitatibus deformatis exteris ornauisse: populisque alienis Iudaeam sanguinem condonasse. Pro antiqua uero foelicitate ac patriis legibus nationem suam tanta egestate simul ab eo: atque iniquitate repletam: profusus ut plures ex Herode clades paucis annis sustinuerint: quam omni aetate maiores sui postquam ex Babylone discessere perpeffi sunt. Xerse tunc regnante ad discordiam concitati. Verum se tamen ad hanc mediocritatem & aduersae fortunae consuetudinem

processisse ut etiam successionem uoluntariam acerbissimæ feritatis subirent qui & Archelaum tantum tyranni filium patre mortuo regem appellassent: nihil morati: & una cum eo luxissent mortem herodis: ac pro eius successore uota celebrassent. Illum autem quasi metueret: ne non certus eius filius uideretur ex cæde trium milium ciuium regni sumpsisse primordia: & quia principatum meruit tot immolasse deo hominum uictimas: tot festo die templum cadaueribus impleuisse. Recte igitur eos qui de tantis malis superessent: aliquando respexisse calamitates suas: & belli lege cupere uulneribus excipiendis ora præbere: atque a Romanis præcari: ut Iudææ reliquias misericordia dignas existimarent: ne uel quod ex ea natione restaret his obicerent: a quibus crudelissime lacerabatur: sed patriam suam coniungi Syriæ finibus ac per iudices Romanos administrari decernerent. Hoc enim modo probatum in Iudæos: qui nunc ueluti turbulenti ac belli cupidi reprehenduntur: moderatis rectoribus obedire. Iudæorum quidem accusatio eiusmodi petitione conclusa est. Cum autem surrexisset contra Nicolaus primum criminibus quæ in reges erant proposita dissolutis: nationem cepit argueret: quia neque gubernari facilis esset natura quæ regibus uix pateret. Vna uero etiam propinquos Archelai qui se accusatores contulerant in simulabat. Sed tunc quidem partibus Cæsar auditis conuentum diremit. Paucis autem diebus post mediam regni partem sub Tetrarchæ nomine dedit Archelao: etiam regem si se dignum præbuisset facturum esse pollicitus. Reliquam uero dimidiam in duas tetrarchias diuisit: duobusque aliis Herodis filiis attribuit: unam Philippo: alteram illi qui cum Archelao de regno certauerat. Huius autem parti cesserat trans flumem regio quarum duceta talenta redditus erant. Bathanea uero & Trachon & Aurantia: & quædam pars domus Zenonis circa Iamniam uicem cum Philippo destinata sunt quæ talentorum. c. redditus ministrabant. Archelai uero Ethnarchia Iudæam omnemque Iudæam & Samariam habebat: quarta tributorum parte leuata pro munere quia non rebellasset cum cæteris. Ac ciuitates quibus imperaret & ei traditæ sunt Stratonis Turris & Sebaste & Ioppe & Hierosolyma. Græcas uero Gazam & Gadarâ & Hippion regno auulsas Syriæ Cæsar adiecit. Erant autem redditus Archelai. cccc. talenta. quin & Salomæ præter illa quæ testamento regis ei relicta erant Iamniæ dominam & Azoti & Phaselidis idem Cæsar constituit: regiamque apud Aichalonam largitus est ex quibus omnibus talentorum. lx. redditus colligebantur. Domum uero eius Ethnarchiæ subiugauit Archelai. Cum autem cæteris Herodis propinquis testamento relicto soluisset: duas eius filias uirgines extrinsecus quingentis milibus pecuniæ donauit: easque nuptum Phæroræ filiis collocauit. Diuiso autem Herodis patrimonio etiam sibi relictas ab eo facultates ad mille talentum: hisdem distribuit: exceptis suo nomine quibusdam rebus uilissimis propter honorem defuncti.

Iudæus quidam interim simulat se esse Alexandrum ob similitudinem cum illo Romam uenit cognoscere a Cæsare: patefacit ipse Cæsari dolum & fraudem: his ridens Cæsar remigum numero inseruit. Iuasorem illius fraudis interficit: ponuntur quædam sectæ philosophorum & eorum uita. CAP. II.

Interea quidam iuuenis natione Iudæus apud quendam libertinum Romanorum in Sidonio oppido educatus illum se format similitudine quem Herodes necauerat. Alexandrum esse mentitus fallendi spe Romam uenit. Huius autem facinoris habebat socium quendam gentilem suum oes regni actus optime scientem: a quo instructus affirmabat eorum semiseruicia quæ sui atque Aristobuli occidendi causa missi fuerant similibus corporibus subditis morti esse subreptos. Denique his multos iam Iudæos se fellerat in creta degentes: ac liberaliter illic acceptus Melumque inde transmissus ibique ampliore quaestu cumulatus est hospites suos magna uerisimilitudine Romam se cum nauigare pellexerat. Postremo delatus Dictarchiam multisque muneribus a Iudæis eius loci donatus quasi rex a paternis amicis deducebatur. Ad hoc enim fidei processerat formæ similitudo: ut qui alexandrum illum uiderant: planeque nouerant hunc esse iurarum: siquidem oes etiam Romam uisendi eius studio citius properabant: & infinita multitudo per uicorum angustias quocumque referebatur conueniebant. Tanta namque dementia multos cepit ut illum sella portarent: ac regale obsequium propriis eius sumptibus exhiberent. Sed Cæsar alexandri uultum optime sciens: accusatus enim fuerat ad eum ab Herode: & si prius uideret hominem: fallaciam similitudinis adauerat: hilariori tamen animi spe non nihil indulgentum putauit: & Celadum quendam qui alexandrum bene cognosceret misit: ut ad se adolescentem adduceret. Quo ille conspecto statim personæ differentiam coniectura deprehendit. Maxime autem ubi corporis eius darditiam & seruilis formam considerauit: intellexit omne comitum. Satis autem comotus est dictorumque eius audacia aristobulum percontantibus saluum quod illum esse memorabat consulto uero non ad se: quia apud Cyprum degeret cauendo insidias: minus enim se circumueniri posse disuictos. Itaque Cæsar laudus ei ab aliis separato uitam dixit a Cæsare primum fore tantæ fraudis si prodidisset auctorem. Id autem se facturum pollicitus ad Cæsarem sequitur: & Iudæum indicat: quod formæ suæ similitudine abusus esset ad quaestum. Tanta enim dona ex ciuitatibus eum singulis abstulisse docuit: quanta uiuus alexander accepisset. Risit his Cæsar & falsum quod alexandrum propter similitudinem corporis remigum numero inseruit: Iuasorem uero eius interficere iussit. Melius autem sumptum detrimentum pro amicitia pretio fati esse indicauit. Ethnarchia uero suscepta memor discordiæ superioris archelaus non solum Iudæis: sed et samaris crudeliter abusus est. Nonque principatus sui anno legatis contra se ab utrisque ad Cæsarem missis: ipse quoque

dem in exilium pellitur. Viēnam gallicae ciuitatem: patrimonium uero eius thesauris Caesaris adiu-
dicatur. Quem quidem priusquam euocaretur ad Caesarem: huiuscemodi somnium uidisse comemo-
rauit Nouē aristas plenas: & maximas a bobus comedi somniauit. Accitos deinde uates Chaldaeo-
rumque nonnullos quid nam illo putarent indicari somnio consuluerat. Aliis aut aliter interpretan-
tibus Simon quidam Essaeus genere dixerat. Aristas annos arbitrari bouesque regum mutationes: eo quia
agros arando uerterent ac mutarent. Ideoque regnatura esse tot annis quot significasset numerus ari-
starum: uarias aut rerum mutationes expertum esse moritura. His auditis quinque diebus post idem ar-
chelaus ad causam dicendam est euocatus. Dignum autem dixi memoria etiam coniugis eius Gla-
phyrae somnium Archelai filiae Cappadocum regis referre. Quam cum Alexander primus habuisset
uxorem: frater huius de quo loquimur Herodis filius a quo ille interfectus est: sicut iam designauimus
post illius mortem. Iubae regi Libyae nuptam: eoque defuncto domum reuersam: domique apud patrem
in uiduitate degentem. Ethnarches Archelaus ubi conspexit ad hoc amoris accensus est: ut eam sta-
tim repudiata coniuge sua Marianne sibi copularet. Haec igitur in breui tempore postquam in Iuda-
eam rediit: uidere uisa est instantem sibi Alexandrum dicere. Satis fuerat tibi libycum matrimonium: sed
tu illo non contenta rursus ad meos penates reuerteris audacissima uiri tertii quodque grauis est: fra-
tris mei iuncta matrimonio. Equidem non dissimulabo contumeliam: te quae licet inuitam recupe-
rabo. Atque hoc exposito somnio uix biduum superuixit. Igitur Archelai finibus in prouinciam circun-
scriptis procurator equitum apud romanos Coponius a Caesare missus est ea sibi a Caesare potestate
mandata. Hoc disceptante Galilaeus quidam Simon nomine defectionis arguebantur: quia indige-
nas increparet: si tributum Romanis pendere paterentur: dominosque post deum ferre mortales. Erat
autem propriae sectae sophista: nulla in re aliis simul. Etenim tria sunt apud Iudaeos genera philoso-
phiae. Horum unum Pharisaei profitentur: alterum Saducei: tertium autem quod probabilius habe-
tur Essaei colunt: gente quidem Iudaei. Verum inter se mutuo amore coniunctissimi & qui propter caeteros
uoluptatem quidem quasi maleficia uitare: continentiam uero seruare neque cupiditati succumbe-
re: uirtutem maximam ducere. Itaque nuptias quidem fastidiunt: alienos uero filios dum adhuc mol-
les sunt erudiunt: traditos pro cognatis habentes suis moribus diligenter instituunt. Non quia coniu-
gia uel humani generis successionem censeant perimendam: sed quia cauendam putent intemperantiam: soe-
minae nullam eaque uni uiro fidem seruare credentes. Quin & diuitiarum contemptores sunt: rerumque
apud eos communicatio admirationi habetur: neque inuenias alteri altere opulentia praestare legemque si-
bi dixerunt: ut qui disciplinam suam sectari uellent: bona contubernio publicarent. Ita enim fore ne uel paup-
tatis humilitas: uel diuitiarum dignitas appareret: sed permixtis facultatibus ueluti inter fratres unum
esse omnium patrimonium. Probros autem ducunt oleum: & si quis uel inuitus unctus fuerit: munditiam cor-
pus abstergere: quoniam squalorem decori putant dummodo semper in ueste sint candida. Designatos
autem communium rerum procuratores habent: & ad usus omnium indiuisos. Non est autem illis una ciuitas
certa: sed in singulas multi domicilia transferunt: & aliunde aduenientibus sectae suae professoribus
quid habeant promptum exhibent quasi proprium. Denique tanquam consuetissimi ad eos ingrediuntur
quos nunquam ante uiderunt. Hic est quia cum perigrinantur propter latrocinia tantum armantur:
neque praeterea quicquam ferunt. In singulis autem ciuitatibus ex eodem collegio specialis curator hospitum
constituitur qui eorum uestimenta caeteraque usui necessaria tueatur. Amictus autem cultusque corpo-
ris omnibus pueris in metu & sub cura magistrum agentibus par est. Nec uero uestitum siue calceos
mutant: nisi ut omnino concisis prioribus aut longi temporis: usu consumptis. Nihil autem inter
se mercantur aut uedunt: sed egeri quisque quod habeant praebens refert ab eo quod ipse non habeat.
Quamuis etiam sine permutatione cunctis libera sit facultas a quibus libuerit accipiendi quod opus
sit. Praecipue circa deum religiosi sunt. Namque ante solis ortum nihil profani loquuntur. sed ei patria quae
dam uota celebrant: quasi ut oriantur praecantes. Deinde ad quas uenerunt singuli artes a curatoribus
dimittuntur. Cumque ad horam quintam studiose fuerint operati rursus in unum congregantur: linteisque
praecinctis uelaminibus ita corpus aquis frigidis abluunt. Atque hac lustratione in eadem secreta co-
eunt. Quo neminem alterius sectae hominem aspirare concessum est ipsique purificati: uelut in sanctum
quoddam templum in coenaculum conueniunt: quibus cum silentio sedentibus pistor quidem panes
ordine unum aut uasculum ex uno pulmento singulis cocus apponit. Deinde uoce cibum sacerdos
anteuenit: neque gustare quemquam fas est: nisi prius deo celebratur oratio. Post finem quoque praedii uo-
ta repetunt. Nam & cum incipiunt & desinunt quasi datorem uictus deum laudibus canunt. Tunc ue-
luti sacris illis depositis uestimentis usque post meridiem ad opera se conferunt. Reuersique inde similliter
coenant confidentibus etiam hospitibus si quos fortasse interuenisse reppererint. Neque uero cla-
mor unquam tectum illud: neque tumultus inquietat: cum etiam loquendi ordine aliis alii cedat: eorumque
silentium extra tectum constitutis Arcanum quoddam uideatur horribile. Cuius quidem rei per-
petua sobrietas causa est: quodque apud eos edendi aut potandi modus saturitate diffinitur. Sed quae
& miserando sui iuris sunt. Nam & subuenire dignis cum opus est suo arbitrio cuique licet atque
indigentibus alimenta porrigere. Sane cognatis dare aliquid sine curatoribus interdictum. Idem

Secte Iudaeae

Itacundia moderatores iusti sunt: indignationem cohibent: fidē tuentur: patri obsecundant: & omne quod dixerunt iureiurando fortius habent. Ipsum autem iusurandum quasi periurio deterius uident. Iam enim mendacio condēnatum arbitrantur: cui sine deo non creditur. Summum autem studium uetere scriptis adhibent ea maxime indeque quae animae & corpori expediant eligentes. Hinc illis morborum remedia stirpes medicas quaeque uim propriam singuli lapides habeant rimantibus conquiruntur. Sectae uero suae studiosis non statim cum eius una collectio: sed per annum integrum exornantur. Sectae uero suae studiosis non statim cum eius una collectio: sed per annum integrum exornantur. Dolabram quoque & quod praedictum est: perizoma & albam uestem tradentes. Cum uero processu temporis experimentum continetiae deest: accedit etiam ad communem cibum: & purioribus ob castificationem. s. aquis participat: neque tamen in conuictum assumitur. Post ostentionem quippe continetiae duobus annis alius mores eius probantur. Cuique dignus apparuerit tunc demum in consortium assumitur. Prius uero quam incipiat communem habere cibum magnis execrationibus abiurat se primum quidem colere deum: deinceps quoque erga homines seruare iustitiam: & neque propria sponte nocere cuiquam: neque ex precepto obesse: quinimmo iniquos omnes odisse: & cum labore semper iustitiae sectatoribus fidem omnibus seruare. maxime uero principibus. Neque enim ab his uoluntate dei cuiquam consentire posse ad principatus potestatem accedere. Si uero ipse caeteris praesit nunquam abuti nunquam se abusurum uiribus potestatis ad contumeliam subiectorum sed neque ueste aut ambrosio aliquo ornatu reliquis emittere: ueritatem semper diligere: & habere propositum conuincere metuentes. Manus uero a furto & animam puram seruare ab iniustis compediis: & neque aliquid de misteriis consecrantes caelare. Neque profanis eorum quippiam publicare: etiam si intentata quispiam morte compellat. Super haec autem addunt nihil se de dogmatibus aliquid quam ipsi susceperint tradere. Fugere autem la rocinia: & conseruatum iri similiter dogmatis sui libros: angelorumque nomina: his quidem execrationibus explorant: & quasi praemuniant accedentes. Deprehensos uero in peccatis a sua congregatione depellunt: & qui taliter fuerit condēnatus miserabili plerumque morte consumitur: illis quidem sacramentis sacratis obligatus: neque capere ab aliis oblatum cibum potest. Herbas uero pecudum more decerpens: & fame exarsa membra corrumpunt. Ob quam etiam plurimos plerumque miserati: & extremum spiritum agentes receperunt sufficientem pro peccatis eorum quae usque ad mortem adduxerat poenam fuisse censentes: in iudiciis uero sunt diligentissimi atque iustissimi. Disceptant autem non minus quam centum in annum coacti: quod autem ab his decretum fuerit immobile manet. Veneratio quoque apud eos post deum magna legiferi est: ita ut si quis blasphemauerit morte damnetur. Senibus uero obedire: & plurimum quorumque deprobabile arbitratur officium: cum simul denique federint. x. nullus unus nouem loquitur inaitis. Expuere quoque in medium eorum uel in dexteram sui partem quisque deuitat. Sabbatis quoque operationem aliquam contigisse omnibus Iudaeis diligentius cauent neque cibum sibi solum pridie praeparant: ne uidelicet illo die ignem accendant: sed neque uas aliquod transponere praesumunt immo nec aluum purgant. Aliis autem diebus fodientes foueam uno uerbi gratia per de altam dolabra illa quam tradi nuper accedentibus diximus demissa ueste sese diligentissime contere: ne scilicet splendori diuino iniuriam faciant: in eadem fouea ab onere uestris leuantur: ac deinceps terram quam effoderant reducant: idque ipsum faciunt in locis secretissimis: & nempe cum naturalis sit ista purgatio: nihilominus tamen solennem habent ut quasi ab immunditia disuantur: decernunt autem inter se secundum susceptae abstinentiae tempora in ordines. iiii. tantumque hi qui minores sunt inferiores praecedentibus aestimantur ut si aliquos eorum contigerit quasi a contactu alienigenae diluantur uiuunt autem quam longissime: ita ut plurimi eorum usque ad centenariam perferant aetatem propter simplicitatem. s. uictus: quod eis nimirum accedere puto propter institutionem bene in omnibus ordinatam. Sunt autem aduersorum cruciatus siquidem uincunt firmitate consilii. Mortem uero si cum decore obeunda sit iudicant et immortalitate meliorem: prodit autem eorum in omnibus negociis animos bellum gestum cum Romanis. Tunc siquidem per artuum confractioes & ignes ac per tormenta omnigena transeunt: ut uidelicet in legistatorem aliquid loquerentur iniuriam: uel ciborum quippiam quos non solent edere: ad neutrum horum potuerunt impelli: sed neque deprecari suos tortores: aut in ipsis flere suppliciiis quinimmo in mediis cruciatibus subridentes: & eis qui tormenta admovent: illudentes constantes animos cum quadam hilaritate reddebant. s. quasi qui eos essent deuorecepturi. Opinio quippe apud illos firmata constitit: corruptibilia quidem esse corpora: materiaque eorum non esse perpetuam: animas autem immortales semper manere: & de aethere subtilissimo commeantes quasi carceribus ita corporibus implicari: uelut quas illecebra carnalis attraxerat. Cum uero fuerint a carnalibus releuatae uinculis quasi de seruitute longissima liberatas ita ilico laetari eas sublimemque ferri. Et quidem bonis continentes in hoc graecorum sententiis pronunciant ultra Oceanum degere: ubi eis sit imposta perfructio: illic quippe esse regionem: quae neque imbribus: neque niuibus: neque aestibus aggrauetur: sed quam Oceano oriens Zephyrus & leuiter aspirans amaret. Malis autem animabus pcellosa loca & hiberna delegant plena gemitibus exercendarum sine fine pena: uidetur autem mihi secundum hanc ipsi intelligentiam graeci quoque fortibus suis quos

Heroas. & Senideos uocant beatorum insulas sequestrasse: improborum autem animabus locum apud inferos impiorum: in quo etiam cruciari quosdam cōmentati sunt: Sisyphos uidelicet & Tantalos & Ixiones & Tityos Principio quidem imortales esse animantes: ob adhortationem utiq; uirtutis dehortationemq; nequitiae bonos quippe fieri in huius uitae conuersationem meliores per spē bonorum etiam post lucem redhibendorum: improborum autem impetum retardari aestimantiū: quoniam & si huius uitae spatio latuerint: post obitum tamen sint imortalia tormenta passuri. Haec sunt ergo: quae Essae de diuinitate animae philosophantur. Plane illecebram is qui semel deorum sapientiam gustauerint reponētes. Sunt autē in eis qui etiam futura nosse promittant. sacris uidelicet libris & uariis sanctificationibus: Prophetarumq; dictis a primis aetatibus adhārentes: raro autē accidit: ut praedictiones eorum frustratio consequatur. Est autē aliud etiam Essanorum collegium cibos quidem & mores legumq; similia cum prioribus habens. Distat autē opinione coniugii: maximā siquidem uitae hominum partem successionem. s. amputare eos: qui abstineant nuptiis arbitrantur: quippe si in eandem uelint ire sententiam: defectuq; confestim genus humanum fore. Nihilominus tantum ipsi tanta moderatione conueniunt ut per triēnium explorent ualitudinem foeminarum. Et si constanti purgatione apparuerint idoneae partui ita eas in matrimonia adsciscunt. Nemo tamē eorum cum praegnantē concumbit: ut ostendant: quia non uoluptatis nuptias: sed causa inierint liberorum. Lauātib; autē foeminis: ita ut uiris perizomatū inest amictus: tales mores huius collectionis: duo autem priorum quasi ordines sunt. Ex quibus Pharisei dicuntur qui certiore legalium rituum notitiam profitentur: & hi primum dogma habent: ut Imarmene fato. s. & deo uniuersa deputent: & quidem uel agere quae iusta sunt uel negligere secundum maiorem partem esse beniuolentiae in hominibus profitentur adiuuante tantum in singulis & Imarmene: animam autem quidem omnē incorruptam esse: transire autē in alia corpora solas bonorum: improborum autem interminabili supplicio cruciari. Saducaei porro. i. Secunda collectio Imarmenē omnifariam negant: & deū extra omnē mali patrationem inspectionemq; constituunt. Aiunt autem electioni hominum uel bonum uel malum esse propositum: & secundum uoluntatem propriam alterutrum unumquēq; coniūgi. Animarum autem generaliter uel supplicia denegant uel honores: & Pharisei quidem sociabiles: & qui studeant se mutua dilectione complecti. Saducaei uero & inter se feris moribus discrepantes: & conuersatio eorum ita circa participes ut erga exteros inhumana haec sunt quae de Iudaeis philosophis dicenda repperi: nunc ad inceptum reuertor.

Decedente regno Archelao Philippus & Herodes Antipas regūt Tetrarchias suas: desertur imperium ad Tyberium post mortem Augusti: Pilatus mittitur a Tyberio in Iudaeā: ob imagines Caesaris quas intulit in tēpla oritur discordia maxima: Caius Caesar uult deus appellari: eius imagines & statuas pcepit erigi: renitētibus illis minatur eis: moritur Caius: Claudius rapitur in regnum: mittit Agrippam ad senatum ut placeat eum esse regē: non admittit curia: remittitur Agrippa ad senatum nuntians pugnam aduersus eos. CAP. III.

Archelai regno in ordine prouinciā iam decedēte reliqui idest Philippus & Herodes quae cognominabatur Antipas tetrarchias suas regebant. Salome autē moriēs Liviae Augusti coniugi regionē quā rexerat: & Iamniā & in phaselide palmeta testamēto reliquit. Delato autē ad Tyberium Liviae filium romano imperio post mortē. s. Augusti qui p̄suasit rebus anis septē & quinquaginta mēsis sex diebus duobus manētes in tetrarchiis suis: Herodes. s. ac Philippus: hic quidem iuxta fontes ipsos: de quibus Iordanis flumen exoritur in Paneade condidit ciuitatē: quam Caesariam uocitauit: aliamq; inferiori Gaulanite: quae Iuliadē nominauit. Herodes uero in Galilaea Tyberiadam in Peraea autē cognomine Iuliae: Missus autē a Tyberio in Iudaeam Pilatus qui curandā acceperat regionem nocte intēpesta opertas in hierosolymam intulit imagines Caesaris: quae res postridie grandem inter Iudaeos suscitauit tumultum: nam qui aderant stupore permoti sunt: quasi iam profanatas leges suas uiderent. Nullum enim fas esse dicūt colloca ri in urbe simulachrum. Ad quārelam autē eorum qui in ciuitate erant: subito etiam de agris multitudo confluxit. Euntē autē illico Caesariam ad Pilatum intentissime deprecabantur: ut ab Hierosolymis auferretur imagines: & eis iura patria seruarentur. Pilato autē supplicantibus abnuente circa domum eius proni corruerant: & immobiles quinque diebus continuis noctibusq; mansere. Post autē Pilatus tribunal ascendēs in studio magno conuocat multitudinem Iudaeorum quasi qui eis uellet dare respōsum: cum subito milites accepto signo: sic enim fuerat praeparatum: armati circumsteterūt Iudaeos: circumdataq; triplici acie. Iudaei quidem stuporis erant pleni uidentes insperatam rerum faciem. Tunc Pilatus denuntians trucidaturum se omnes nisi imagines Caesaris suscepissent: annuit militibus: ut educerent gladios. Iudaei autem quasi ex uno consilio omnes subito corruerunt: & ceruices nudatas ad excipiendos ictus pararunt uociferantes uniuersi magis se interfici uelle quam legem. Tunc Pilatus circa religionem studium populi demiratus confestim de Hierosolymis statuas iussit auferri: deinde uero conturbationem alteram commonebat: erat apud eos sacer thesaurus quem Chorbonan dicunt: hunc ad inductionem aquarum iussit expendere: erat autem indu-

cenda aqua a stadiis. cccc. ad hoc itaque uulgi oriebantur querelæ ita ut etiam pilati qui Hierosoly
 mam uenerat cum clamore circundarent tribunal: ille autem p̄uiderat: si quidem tumultum eorū
 populo permiscuit armatos milites: qui tunc essent priuatorum uestibus induti. præcepitq; gladiis q̄
 dem ne uterentur: sustibus autem acclamantes ferirent. Sicq; compositis rebus dat ex tribunali si-
 gnū confestimque cædebantur Iudæi: quorum multi quidem perierunt plagis: multi uero se inui-
 cem trucidantes in fugam misera contritione uersi sunt tunc ad calamitatem interfectorum stupens
 multitudo conticuit: atque ob hoc accusator Herodis Tetrarchæ agrippas fuit filius Aristobuli: quē
 pater Herodes interfecit: ad Tyberium uenit. Illo autem non suscipiente accusationem residens Ro-
 mæ ad aliquorum quidem potentium notitiam ambiebat. Maximis autem colebat officiis germani-
 ci filium Caium cum adhuc esset priuatus. Et quodam die inter copiosum epularum apparatus qui
 bus eum demerebatur: ad ultimum extensis manibus aperte deum cœpit p̄cari: celeriter illum mor-
 tuo Tyberio dominum cunctorum uidere. Hoc cum quidam de familiaribus eius Tyberio nuncias-
 set statim concludi iussit Agrippam qui & sub grandi ærumna usque ad mortem Tyberii in carcere
 per menses sex tenebatur. sed defuncto eo post regnum annoꝝ duorum & uiginti dierum trium suc-
 cedens imperium. C. Cæsar absoluit Agrippam uinculis & Tetrarchiam Philippi: iam enim iste de-
 cesserat ei tradidit: regemque appellauit. Cum uenisset aut̄ in regnum Agrippas: Herodis Tetrarchæ
 cupiditates per inuidiam suscitauit. Irritabat aut̄ eum maxime in spem regni Herodias uxor: expro-
 bras ei secordiam & dicens: quia per id quod noluerat ad Cæsarem nauigare careret potestate maio-
 re: nam cum Agrippam ex priuato regem fecit: quomodo dubitaret illum ex Tetrarcha eodem ho-
 nore. His adductus Herodes uenit ad Caium: a quo ob auaritiam uehementer increpatus ad hispani-
 am fugit: secutus eum quippe fuerat acusator Agrippas: cui etiam Tetrarchiam illius. C. Cæsar adie-
 cit. Atque ita Herodes quidem in hispania peregrinante secum etiam uxor decessit. Caius uero Cæ-
 sar in tantum contumeliose abusus est fortuna ut etiam & deum se putaret: & uellet uocari. Patriam
 quoque suam multorum nobilium cæde truncauit. Extendit autem impietatem suam etiam in iu-
 dæam: Petronium denique cum exercitu Hierosolymas direxit: p̄cipiens ut in tēplo statuas eius leua-
 ret: quod nisi susciperent Iudæi contradicentes quidem ex his interficeret: reliquam uero multitudi-
 nem captiuaret: permonebat autem hoc profecto deum. Et Petronius quidē cum tribus cohortibus
 multisq; de Syria habitatoribus properabat in Iudæam de Antiochia. Iudæorum uero quidam non
 credebant famæ præliū nuntiānti. Qui uero credebant nihil de resistentibus poterant comminisci.
 Celeriter autem in omnes peruadit metus: nam iam Ptolemaida peruenerat exercitus. Est autem
 hæc ciuitas Galylææ littore in magno composita: cicū datur autem montibus ab orientali plaga p̄
 sexaginta stadia disseperatis: sed ad Galylæam pertinētibus: a Meridiano aut̄ Carmelo q̄ abest stadi-
 is centum uiginti: a septentrionali quoq; monte qui est altissimus: quē nocant etiam incolæ scalam
 tyriorum: & hic autē distat stadiis. c. ab ea autē urbe quasi a duobus stadiis præterlabitur fluuiolus
 quem uocant beleum exiguus profusus: cui prope est sepulchrum mēnonis habens iuxta se. c. fere cu-
 bitorum spatium continētē: sed admiratione dignissimum: est autē species uallis rotundæ uitream
 emittens harenam: quam cum exhauerint multæ naues pariter accedentes: locus hisdē rursus imple-
 tur: uenti siquidem quasi dedita opera conuehunt de circumstantibus superciliis harenam istam imple-
 cōm. Locus autem metalli statim metalla in uitrum quæ suscepit mutat. Mirabile quoq; mihi il-
 lud uidetur: quoniam conuersæ iam harenæ in uitrum quæcūq; pars super margines loci ipsius fue-
 rit iacta in cōmunem harenam denuo conuertitur. Igitur loci eius natura talis est. Iudæi autem cū
 mulieribus & filiis collecti incampū in quo est sita Ptolemais Petronio supplicabāt principio ob pa-
 trias leges: deinceps uero etiam pro suo statu: ille aut̄ ob multitudinem p̄cantium & p̄cum inflexus
 exercitum quidē & statuas in Ptolemaide reliquit: procedens aut̄ in galilæam & conuocans in tybe-
 riade tam populū iudæorum quam oēs eorum nobiles: & uim romani exercitus cœpit exponere:
 eis minas Cæsaris. His addēs: quoniam & cōtumeliosa esset supplicatio iudæorū: cum omnes siquidē
 dem gentes quæ parerēt imperio ro. in suis urbibus inter reliquos deos: imagines quoq; Cæsaris lo-
 cauisent soli iudæi istud abnuerent. Siquidē quasi ab imperio deficere esset etiā cum iniuriæ præsidē-
 tis. Illis uero contra legē moresq; patrios allegantibus: & quia ne dei quidem simulachrum ne dum
 hominis: neque solum in templo: sed neq; in prophano aliquo rotius regionis loco fas sibi esset lo-
 care: arripiens dictum Petronius respondit. Sed & mihi domini mei lex seruanda est. Si eam quippe
 transgrediar uobisq; p̄cam iuste animaduersionem subibo impugnabit sane uos: non petronius: sed
 ille a quo sum directus: siquidem ita & ego uos cogam implere quæ iussa sunt. Ad hoc omnis multi-
 tudo succlamauit ante legis temerationem omnem se libenter subire perniciem. Sedato au-
 tem eorum clamore petronius ait. Pugnare ergo inquit aduersus Cæsarem estis parati? Respon-
 derunt iudæi pro Cæsare quidem & populo romano nobis semper per dies singulos usus est offer-
 re sacrificia: si autem in templo imagines æstimet collocandas debere eum totam iudæorum gen-
 tem primitus innouare: præbere se quippe iugulos cum mulieribus & paruulis ei qui interficere
 uoluisse. Ad hæc admiratio Petronium miseratioque peruasit intuentem & insuperabilem religio-
 nem uirorum: & tantam uulgi ad mortem constanter paratum. Et tunc quidem infectis omnibus

recesserunt. Postridie autem ac deinceps summates eorum priuatim uiritimq; cōpellans: popu-
lum quoq; publice alloquens: tunc quasi consulens admonebat. Interdum etiam minabatur extol-
lens & uirtutem romanam & indignationem Cæsaris inter hæc etiam suam necessitatem cui essent
exequenda p̄cepta: sed illis ad nulla horum experimenta cedētibus: cum uideret etiam sementem re-
gionis intercipi ipsum quippe anni tempus erat: & quinquaginta pene diebus multitudo in urbe
otiose morabatur ad ultimū conuocatis omnibus ait se etiam periculosam rem uelle aggredi. Aut
enim deo cooperante placabo Cæsarem: ac uobiscum saluabor libenter: aut illum in ultionem irri-
tabo: pro tanta multitudine impendo animam meam. Atque ita dimissis turbis multa pro eo uota
facientibus Antiochiam ad Ptolemaida reuocauit exercitum: atq; illinc confestim missis ad Cæsa-
rem referens: & quo apparatu in iudæam irruisset: & q̄ tota gens supplicasset: quibus si abnuendum
putaret: nosset cum uiris etiam prouinciam perdēdam. Seruare siquidem ipsos legem patriam: & no-
uis præceptis uehementer obsistere. His epistolis respondit Caius immodice comminans Petronio
mortem: quoniam iussionum suarum segnis executor fuisset. Sed scriptorum taliū uectores per tres
continuos menses contigit aduersa tempestate retineri. Alii aut̄ exitum. C. Cæsaris nuntiantes pro-
spere nauigauerunt: deniq; ante septem & uiginti dies epistolas Petronius accepit finem Cæsaris in-
dicantes quam illi peruenirent: qui comminantia scripta portabant. Caio per dolum interēpto: qui
regnauerat annis tribus mēsisibus sex Rapitur in regnum ab eo exercitu qui Romæ erat Claudius. Se-
natus aut̄ referētibus consulibus Sergio Saturnillo & Pomponio secundo mandat tribus legioni-
bus ut essent p̄sidio ciuitati: & ipse frequēs in capitolium deuenit. Quia propter imanitatem Caii bel-
lum agi cum Claudio decernebat: uolens imperium ad optimates reducere: ut sicut olim fuerat ad
regēdum dignissimi eligēretur. Accidit aut̄ ut agrippas adueniret: quem cum & senatus in consiliū
& in castra Claudius euocasset: ut. s. eo strenuo adiutore uteretur in quibus res posceret: uidēs Agrip-
pa Claudium iam esse opibus Cæsare ad eum perrexit: quem ille illico legatum ad senatum misit in-
dicantē suum propositum: quoniam primo quidem inuitus ab exercitu raptus sit iniquum esse se mi-
litum erga se studium tam religiosam deserere iam tutam aliter suam non esse fortunam: iam enim
ad inuidiam satis esse q̄ in regnum uocatus sit. Deinde administratum ire paratum esse in reipub.
non ut aliquis tyrannus sed ut p̄sul benignus sufficere sibi quippe honorem nominis. De singulis
autem negociis cōem omnium stare sentētiam. Nam & si non natura esset modestus: locuples tamē
moderandæ potestatis exemplū Caii morte esse propositum. quæ cum detulisset Agrippas respon-
dit curia: quasi quæ exercitui & bonis consiliis fideret nolle se subire uoluntariam seruitutem: sed ac-
cepto patrū responso Claudius rursus misit Agrippam nunciare eis: quoniam non posset adduci ut
eos proderet: quoꝝ concessu in imperium esset accitus inuitum autē se initurū esse pugnam aduer-
sus eos cum quibus configere minime uellet: proinde eligēdum esse locum extra ciuitatem in quo
confligerēt: neq; enim sanctum esse propter illoꝝ peruersitatē patriam ciuili cæde foedari. Et Agrip-
pa quidem ista senatui nunciauit.

Senatus uadit ad Claudium: offert uictimas deo: ipse donat Agrippæ regio patrimonio: morit̄ agrip-
pa: Claudius regnū in prouinciā redegit: & Herodes q̄ regnabat in chalcide morit̄. CAP. III.

Inter hæc autem unus de his militibus qui cum patribus erant educens gladium. Com-
militones inquit quibus perturbati causis parricidia perpetrare cupimus imperatorem
i aduersus propinquos nostros Claudium secutos maxime cum habeamus imperatorem
quem in nullo culpare possimus: & ad quem cum iustis magnis allegationibus: quam
cum armis egredi debeamus. Hæc dicens per mediam egressus est curiam: omnibus se
militibus consecutis: hoc exemplo optimates deserti in magno metu esse cœperunt: ac deinceps ui-
dētes sibi aduersionem tutam non esse iter secuti militum ad Claudium transierunt: occurrebant autē
eis pro muris nudatos gladios ferētes hi qui fortunæ regis ambiciosius adulabant: & pene accidit
ut progressi quinque interficerētur: ante scilicet quam militū impetum Cæsar agnosceret: nisi præcur-
rens Agrippas imminētis ei facinoris periculum nunciasset: dicēs quoniam nisi cohercuisset exerci-
tum iam in sanguine ciuium surētem confestim missurus esset: omnes per quos conspicuū esset im-
perium: fieretq; solitudinis imperator. Hæc audiēs Claudius continuit militum impetum. Suscepit
autem in castris adueniētē senatum: & indulgēti honore complexus: egressus cum patribus con-
festim obtulit deo uictimas: ut mos est pro imperio supplicari. Agrippam quoque protinus mu-
neratur regio patrimonio: omnia adiiciens ei: etiam illa quæ augustus Herodi donauerat: tra-
conitiden scilicet & aurantiden. Præter hæc autem aliud quoque regnum quod Lysaniæ uocabatur.
Et populo quidem donationem hanc per edictum uindicauit. Patribus autem præcepit: ut
incisæ aris tabule in capitolio collocarentur. Donat autem ei etiam fratrem suum Herodem qui ge-
ner eiusdem erat Beronici iūctus regione Chalcidis. Opinione autem celerius agrippe dati regni
census maximus effluebat: qua sane pecunia non ille in rebus exiguis abutebatur: sed talem murum
hierosolymis circumdare cœpit: qualem si potuisset absolui inefficacem prorsus obsidionem Roma-
nis oppugnantibus effecisset. Sed antequam impleteret opus decessit in Cæsaria. Regnauit aut̄ annis
tribus. Ante quoq; cū Tetrarchiam regeret: aliis tribus annis tenuerat potestatē. Reliquit uero filias

quidem tres de Cypri natas: Beronice: Mariannem atq; Drusillam: filium autem ex eadem ipsa con-
iuge nomine Agrippam: qui non nimis paruulus erat. Tunc claudius regnum eius in prouinciam
redegit in cuius procuratione missus est Cuspius Fadius. Post hunc autem Tyberium Alexandrum:
qui nihil de consuetudine patria immutantes gentem in pace tenuerunt. Post hæc uero & Herodes
qui regnabat in Chalcide decessit. Relinquens de sorore sua Beronice filios duos: Beronicianum Hyr-
canum: de priore autem Marianne Aristobulum: cuius frater mortuus fuerat Aristobulus priuatus:
relicta filia Iotapata: hi quidem erant sicut supra dixi liberi Aristobuli: qui fuerat Herodis filius. Ale-
xander autem & Aristobulus nati fuerant Herodi de Marianne: quos ipse patres interfecit. Alexandri
autem posteri in maiori Armenia regnauerunt.

Post obitum Herodis qui in Chalcide regnauit: Claudius agrippam filium agrippæ regem insti-
tuit: Cumanus curam accepit alterius prouinciæ: unde inter Iudæos oriuntur multi tumultus in die
festi azymorum: populus in fugam se conuertit: & propter egressum de constipatione. xxx. milia ho-
minum consumpta sunt.

CAP. V.

Post obitum autem Herodis qui regnauit in Chalcide Claudius agrippam filium agrippæ
in auunculi sui regno constituit. Alterius autem prouinciæ suscepit curam post Alexan-
dram Cumanus: sub quo oriri cœperunt tumultus: & denuo Iudæos calamitas compræ-
hendit. Conueniente quippe multitudine ad diem festum azymorum in Hierosolyma
stante legione romana super porticulum templi armati quippe milites semper custodiebant festos
dies: ne quid conuenientes populi nouare auderent. Unus ergo e militibus reductis turpiter uesti-
mentis inclinans posteriora sua obuertit ad faciem Iudæorum: & ad hunc habitum uocem emittens
similem succlamauit. Ob quod factum tota cœpit multitudo conuersa: ita ut circumstarent Cumanum
ad supplicium militem deposcentes. Ex his autem inconsulti iuuenes: & quasi natura apti ad
seditiones mouendas in litem grauissimam prosiliebant: hi continuo quippe saxa rapientes percutie-
bant milites. Tunc ueritus Cumanus ne totius in eum uulgi impetus fieret plures euocauit arma-
tos: qui cum essent porticibus immissi metus grauis incidit Iudæis. Statimque in fugam uersi relicto
templo refugere cœperunt. Tanta autem per egressum de constipatione obrutio facta est: ut concul-
catione mutua super. xxx. milia hominum consumpta sint. Facta est autem uniuersæ genti luctuosa
festiuitas & plangens per domos singulas personabat.

Inferunt tumultus Iotrocinantium: unde quidam p Cumanum capiuntur: libri legis p militem quæ-
dam comburantur: accensi Iudæi ex hoc conqueruntur apud Cumanum: adiudicatus est ille ad sup-
plicium ex hoc populus quieuit.

CAP. VI.

Vcessit autem huic calamitati Iotrocinantium tumultus. Iuxta Bethoro quippe circa as-
sensum publicum Stephanus quidam seruus Cæsaris suppellestem quadam uehebat: q
ab irruentibus direpta latronibus est. Cumanus autem ad inquisitionem mittens eos qui
in proximis uicis essent: uinctos ad se adduci iussit: denuntians: ut conquisitos latrones in
uincula conicerent. qua occasione quidam militum in uico aliquo libros sacræ legis of-
fensas discidit atq; cōbussit. Iudæi autem quasi totam religionem inflammatam uiderit undiq; confluxerunt:
& uelut machinamēto aliquosita ut superstitionis attracti oēs ad unam euocationem ad Cumanum Cæ-
sariam cōcurrunt precantes ut militem qui tantam cōtumeliam deo legiq; eius intulisset: non relinqueret
ipunitum. Ad hæc enim ille uidebat multitudinem neq; quieturam: nisi aliquid esset satisfactione sedata. adiu-
dicatum militem p mediū populū: ad supplicium iussit adduci: sicq; Iudæi placatis animis recesserunt.

Conflictus oritur inter Galilæos & Samaritanos: quidam Galilæus ad festiuitatem ascendens iter
facit: Cumanus ad sedationem mittit pcatore: Hierosolyma audito homicidio uulgus in impetum in-
Samaritam irruit: Cumanus accurrit cum ala militum: multos interfecit princeps Hierosolymæ pre-
catur ut ab incepto desistant: Iudæi tandem eorum precibus acquiescunt.

CAP. VII.

Enuo autem Galilæos & Samaritanos conflictus exoritur. In uico enim: quæ Gemam uocant
qui est in magno Samariæ agro positus: quidam Galilæus de numero Iudæorum: ad festi-
uitatem ascendens interficit. Ad quod factum multi ex Galilæa regione cōuenerunt ut cum
Samaritis cōfligeret. Horum autem nobiliores cōuenerunt in Cumanum rogantes: ut anteq; grauis
calamitas oriret transiret in Galilæam: & in eos qui auctores essent homicidii uindicaret. Cumanus
his negotiis quæ habebat in manibus postponens illos petitiones sine affectu precatores emisit. Nū-
ciato igitur homicidio hierosolyma omnis multitudo commota est: & relicta diei solennitate in Sama-
riam uulgus impetum fecit sine duce: ne cuiquam principum suorum retinēti acquiescentes: Iotrocinio
autem eorum & tumultu quidam Dinei filius Eleazarus & Alexander præerat: qui in Acrabatene regione con-
terminos irruentes promiscuam dedere cædem a nullius ætatis exitio tēperantes: uicos autem inflamaue-
runt. Cumanus autem hæc audiens adduxit secum unam equitum alam quæ uocatur Sebastenorum ut auxilio
his qui uastabantur esset: sicq; eorum multos qui Eleazarus erant secuti cōprehendit: plures quoq; inter-
fecit. Ad reliquam autem multitudinem quæ in uastandos Samaritanos fines irruerunt: principes gentis
de Hierosolyma cōcurrerunt: optiq; ciliciis: & aspersis cinere capitibus precabantur: ut ab incepto de-
sinerent: nec per exercendam in Samaritas ultionem ad hierosolymam pncipiē Romāos commouerent: mi-

D D

sererent at patriæ suæ atq; templi filiorūq; & cōiugiū ppriæ: neq; oīa piter ī discīmen adducerēt. Neq; ob unius Galilæi uindictam cuncta disperderent. His acquiescētes Iudæi a negotio recesserunt.

Fiunt his temporibus multa latrocinia Samaritæ primates accedunt ad Numidium Quadratū. cōquerentes de huiusmodi latronibus: cōueniunt & nobiles Iudæorū deferentes: distulit Domitius iudiciū: Liddam uenit: audiens iteq; querelas Samaritanorū quosdā percutit securi: quosdam degauit: Cumanus uidetur Romam p̄fisci: de reddenda ratione administrata puīcia apud Claudiū ex Samaritis tres interficiuntur: Cumanus iubetur ex urbe discedere. CAP. VIII.

Vlti at per idē tempus in latrocinia conspirabant: sicut uere solet insolentia crescere reb⁹ quietis: per quæ oēm regionem agebant rapinæ: & audaces quiq; reliquis uim afferebāt tunc Samaritarum primates ad Numidium Quadratum qui Syriam puīciam pcurabat Tyrum uenerunt uindicare de his qui regionem eorū deprædati fuerāt postulantes. Præsto at fuerant et Iudæorū nobiles: & Ionathas filius Ananiæ princeps sacerdotum obiecta diluens al legabat: initium quidem tumultus samaritas fuisse: qui primi homicidiū ppetrassent: cām tamē calamitarum postea secutaq; præbuisse Cumanū: qui inter principia in auctores cædis noluisse ulcisci: tunc Quadratus utraq; partem interī distulit dicēs. Quoniā cū ad ipsas regiones uenisset diligēter singula inq;reret: deinceps uero pcedens Cæsariam oēs quos Cumanus uinctos reliquerat ī crucē sustulit. Inde cū Liddam uenisset denuo audiuit Samaritanorū q̄relas & Iudæorū decem & octo uiros quos cognouit pugna fuisse p̄cipes securi percussit: duos at ex Sūmatium pontificum sacerdotem Ionathan & ananiam eiusq; filium Ananū: & nōnullos alios Iudæos nobiles ad Cæsare destinauit: similiter autē & Samaritæ nobilissimos quosq;. Præcepit quoq; Cumano & Celeri tribuno Romā nauigare reddituros Claudio rationem p̄ his quæ in regno gesserant. His ita cōpositis a Lidda ascēdebat Hierosolymam & inueniens multitudinē festiuitatē azymorū celebrantem sine ulla cōturbatione Antiochiam rediit. Romæ autē Cæsar auditis allegationibus Cumani & Samaritanorū aderat autem agrippas iudæorū causam magna intentione defendēs: siquidē & Cumanū multi potenti um oderant pronūciās aduersus Samaritas tres eorū nobilissimos iussit interfici. Cumanum autem iussit urbe discedere. Celerem uero tribunum uinctū Hierosolymam mittens Iudæis ad supplicium dedit: ut per urbem tractus capite caderetur. Post hæc Felicem Pallantis fratrem destinauit ad Iudæos qui & eorum puīciam cū Samaria & Galilæam & Peræam curaret. Agrippam uero de Chalcide in regnū magnū trāstulit: tradēs ei illā quoq; puīciam q̄ felicitis fuisset. Erat at ista Trachonitis & Bata nea & Gaulanitis. Addidit autem regnū etiam Lysaniæ & Tetrarchiam quam Varus rexerat.

Nero succedit Claudio: fratrem matrē & uxore interfecit: ad Histriōnū opera se cōuertit. CAP. IX.

Pse autem per annos tredecim: menses octo: dies triginta administratio imperio decessit i successorem regni Neronem relinquens: quem suadelis Agrippinæ uxoris suæ in imperium coartauerat: & quidem cum legitimum haberet filium Britannicum ex Messalina natum priore scilicet coniuge: & Octauiam filiam: quam ipse priuigno collocarat Neroni. Susceperat autem ex Agrippina Antoniam. Et Nero quidem quemadmodum per magnitudinē felicitatis: & opus abusus sit fortuna: & qualiter fratrem suum atq; uxorem matremq; interfecerit. Post quos in omnes proximos immanitatem suam conuertit: atq; ut ad ultimum per amentiam ad histriōnum opera scenamq; peruenerit: quoniam scio esse & narrationem molestam tacitus præterire melius puto. Conuertat autem ad narranda: quæ ab eo aduersus Iudæos gesta sunt.

Aristobuli filius regnat in armenia: augetur regnum agrippæ residuum Iudææ felici creditur: hic Eleazarum depræhēdit mittitur Romam cum multis aliis: insurgit nouum genus latrocinantium sicariorū: insurgunt quædam sectæ hoīum q̄ cōsiliis & Hypocritū hoīes deciperēt. CAP. X.

Inorem igitur armeniam regnandā Aristobulo dedit Herodis filio. Regno at agrippæ quartuor urbes addit cum agris ad singulas pertinentibus In Peræa scilicet regione Abilam & Iuliadam: in Galilæa autem Taricheam & Tiberiadam. Reliqua autem Iudææ felici procuranda dedit. Hic principem latronum Eleazarum: qui per uiginti annos regionem deprædatus: aliosq; multos cœpit: uinctosq; Romam direxit: aliorumq; quos ī cruce sustulit latronum: uel in commanione sceleris depræhensorū popularium: fuit pene immunerabilis multitudo. Sic enim regione purgata aliud genus latrocinantium in Hierosolymis oriebat. Hi autem sicarii uocabantur. Die claro & in media ciuitate passim quosq; interficientes. Potissimum uero diebus festiuis immiscebantur uulgo: & sicas sub ueste gestantes. His diuersos quosque interficiebant ac deinceps collapsis hominibus illi inter reliquos de scelere querebantur: qua fraude extra suspicionem manebant: diuque latuerunt. Primus igitur ab eis Ionathas pontifex interfecit. Post hunc autem quotidie plurimi cædebatur: atque ipsis calamitatibus molestior timor ciuitatem premebat: sicut enim in medio bello per singula momenta omnes mortem operiebantur. Circumspiciebant autem eminus quosq; appropinquantes: & neq; amicis suis fidere poterant: dum tantum in mediis suspicionibus atque custodiis nihilominus interficiebantur. Tanta erat latrocinantium reueritas & ars quædam latendi. Ad hæc autem alia etiam malorum collectio facta est cæde quidem

abstinentium: sed consiliis magis impiorum: quæ pars non minus quam sicariorum felicem urbis statum corruptit: seductores quoque homines & circumuentores sub spem religionis nouandis rebus uulgi in sanire fecerunt: nam in solitudines egrediebantur promittentes deum signa eis ostensuræ libertatis. Contra quos Felix uidebantur quippe semina defectionis esse: mittens equites atque pedites armatos magnam multitudinem interfecit.

Aegyptius quidam pseudo propheta congregat. xxx. milia hominum Hierosolymam uult ascendere: Felix cum quibusdam armatis eos depellit & fugati: insurgunt quidem magni qui tentant reuocare populum a seruitute Romanorum: insurgunt tumultus in Cæsaria inter populum scilicet Iudæum & Græcum: Felix nequens pacare ex utroque nobiles ad Neronem mittit. Succedit Festus Felici qui plurimos latronum interfecit.

CAP. XI.

Aiore autem plaga Iudæos afflixit aegyptius quidam pseudo propheta: adueniens quippe in prouinciam magus cum esset propheta opinionem sibi arrogans. xxx. ferme milia hominum congregauit quos uana seductione deceperat: & circumducens eos de solitudine in montem qui uocatur oliuæ: inde Hierosolymam nitentur ascendere: depulsoque Romanorum presidio in populares exercere dominationem: utebatur sane stipatoribus qui ad facinus conuenerant: præuidit autem eius impetum Felix: & occurrens cum ipsis Romanis armatis quos etiam Iudæorum reliqua multitudo iuuabat iniiit conflictum. Et aegyptius quidem cum paucis fugit. Plurimi autem qui cum ipso fuerant comprehensi: atque uiculis traditi sunt. Reliqua uero multitudo in regiones proprias dispersa est. Compressis porro his etiam sicut in agro corpore: rursus pars altera tumescebat. Magi enim quidam & latrones collecti multis afflictionem inducebant: & quasi ad libertatem uocabant: mortem aptissimam comminantes his qui Romanorum principatui obedire uoluissent: ut uel reluctantes auerterent eos qui spontaneam ferrent seruitutem. Dispersi ergo bipartitam regionem diripiebant quorumque potentium domos: eosque insuper trucidabant: inflamabant etiam agros: ita ut desperatione eorum tota Iudæa protinus impleretur. Et hæc quidem pugna indies grauius augebatur. Alter autem tumultus ortus circa Cæsariam inter Iudæos scilicet qui ibi permixti habitabant: & Syrios commotione facta. Hi siquidem poscebant ut eorum fieret ciuitas Iudæum eius fuisse conditorem dicentes: erat autem rex Herodes. Aemuli uero conditorem quidem committentur Iudæum: ipsam uero ciuitatem fuisse gentiliū uindicabant. Neque enim illic statuas & fana potuisse constitui si ad Iudæos eam conditor pertinere uoluisset. Ob has ergo causas inter se populus uterque iurgabat. Procebat autem usque ad arma contentio: & quotidie ad confligendum audaces quoque partis alterutrage prosiliebat. Neque enim Iudæorum seniores cohibere tumultus gentis suæ poterant: & Græcis turpissimum uidebatur Iudæis inferiores uideri. Præstabant autem hi quidem diuitiis & corporum uiribus. Græci uero auxilio militum: magna siquidem pars Romanæ manus de Syria illo fuerat congregata. Et quasi cognati ad auxiliandum parati erant Syris. Præfecti autem militum curabant comprimere tumultum: & pugnaces quosque comprehendentes taureis ulciscébantur: ac uinculis. Neque tunc supplicia comprehensorum impedimentum aut timorem reliquis inferrebant: immo magis hoc ipso seditionis irritabatur argumentum: tunc demum Felix minaci edicto præcepit contumaces quosque urbe discedere: non parentium autem immissis militibus interfecit non paucos quorum etiam substantiæ direptæ sunt. Post hæc quoque cum uideret seditionem manere nobiles utriusque partis elegit: & suscepta legatione misit ad Neronem pro his quæ sibi competere arbitrentur acturos. Successit autem ei Festus: & hos qui maxime infestabant prouinciam sollicitè persecutus: latronum plurimos comprehendit atque interfecit.

CAP. XII.

Albinus fit successor Festo qui fauit latronibus: & postea Cestius Florus qui ita se gessit ut multi coacti sint relinquere patriam ob publica latrocinia: & rapinas suas.

Erum successor huius Albinus non eodem more negotiis præfuit. Neque enim fuit aliqua malignitatis species quam ille præterierit: Denique non solum ciuibus furabatur: & diripiebat substantiam singulorum: neque solum tributorum additamentis in commune gentem grauabat: sed etiam quos ob latrocinia uel decuriones ciuitatum comprehendebant: uel quia prioribus iudiciis in custodiis erant: relictis accepta a cognatis eorum pecunia liberauit. Et his solum qui non dedisset in carceribus quasi nocentissimus remanebat. Per idem tempus eorum quoque qui res nouare cupiebant: in Hierosolymis crescit audacia. Ex quibus sane qui erant opulenti Albinum largitione redimebant: ut eis tumultum moueribus non indignaret. Pars autem popularis quæ non satis gaudebat: quæ te Albinum participibus iungebat. Unusquisque improborum cohorte propria circumdatus ipse quidem quasi princeps latronum: & tyrannus eminebat. Stipatoribus uero suis ad direptionem mediocriū abutebatur. Ita fiebat: ut hi quidem quorum uastabatur domus tacerent. Illi autem qui extra incommodum stetit metu ne similia paterentur querelis deterrebantur: imo & officiis ambiebant eos quos constabat dignos esse suppliciiis. In commune autem omnium fuit intercepta fiducia. Et erat tunc multiplex dominatio: & semina captiuitatis futuræ iam ab illo tempore spargebantur. Cum sane eiusmodi morum fuisset Albinus: tamen succedens ei Cestius Florus optimum eum per comparisonem sui fecit uideri. Ille siquidem plura occulte & cum fraude nocuerat Cestius uero iniquitates suas in uniuersam gentem

DD ii

tam palam quam si gloriaret exercuit. ac uelut non ad regendam prouinciam: sed ad damnatorum poenas carnifex missus neq; rapinarum ullum morem nec afflictionum prætermisit. in miseris autē crudelissimus erat in turpibus uero impudentissimus neq; enim quis illo amplius offendit fallacia ueritatem neq; commentus est callidiores nocēdi uias. Hinc siquidem uiritim illatis dispēdiis lucra quærere exiguum uisum est: sed totas simul dispoliauit urbes & labes populis inferebat solum non uoce per totam regionem edicens liberum esse omnibus latrocinari dum ipse prædarum acciperet portionem. Deniq; ob illius auaritiam contigit totam pene deserri regionem ita ut plurimi sedes patrias relinquentes ad externas prouincias commigrarent donec at in Syria Cestius Gallus puiciam regebat neq; ausus quispiam Iudæorum est aduersum Florum ad eum mittere legatos. Cum uero i stante azymorum solennitate ipse Hierosolymā uenisset occurrens multitudo quæ facile tricies centum milium fuit precabatur: ut gentis suæ calamitatibus subueniret: & pestem illam prouinciæ Florum: ut eiceret clamitabat. Qui tantum cum sub populi ore esset: & Gallo assisteret: non solum nihil mouebatur: sed uoces illas etiam deridebat. Cestius tantum compescens impetum populi: & edicēs quod deinceps placatiorem esse Florum redderet: regressus est antiochiam. Deduxit autem eū usq; ad Cæsarem Florus illudens mēdaciis & Iudæorum genti bellum sedulo cōminiscens: quo scilicet solo iniquitates suas occultum iri posse credebat. Pace siquidem permanēte habiturum se apud Cæsarem accusatores. Iudæis uero defectionem negotiatus fuisset maiore ut quæ malo abducendam a se esse inuidiam peccatorum minorum. Igitur ut gens a Romano abrumperetur imperio sedulo in diem augebat calamitates.

Fit questio in Cæsaria inter Iudæos & Cæsarienses de Synagoga Iudæorum quia impediēbant ad illum accensum: Iocundus qui erat præfectus equitum pergebat sedare tumultum: recedunt Iudæi in Nabata cum libris legis primates Iudæorum ad Florum accedunt conquerentes: quos iubet uinciri propter ablationem librorum legis: ex hoc oriuntur iurgia maxima apud Hierosolymas accusatur Florus & eius timore populus effugit: Florus indignatus sedens pro tribunali militibus præcepit ut Forum uenaliū diriperent: unde multi interfecti & spoliati & domus omnium diruta sunt.

CAP. XIII.

Er idem tempus apud Neronem Cæsarienses uictores extitere. Decretumq; istud cōtestātes litteras attulerunt: per quæ hoc bello iudaico dabatur exordium. Duodecimo scilicet anno regni Neronis: septimo decimo autem regni Agrippæ mense maio. Ad magnitudinem autem excitatorum de eo malorū: nequaquam idoneas causas habuisse deprehenditur. In Cæsaria siquidem habitantes Iudæi habebant Synagogam: prope agrum cuius erat dominus gentilis quidem Cæsariensis & frequenter quidam egerant: ut ad illorum ius illa possessio iungeretur: multis partibus maius precium quam res meruerat offerentes. Dominus autem loci non solum preces eorum despexisse contentus. Sed ad maiorem dolorem ædificauit in loco tabernas ita ut angustum eis transitum relinqueret. Primum igitur feruentiores aliqui iuuenum profusientes ædificationem uerabant. cum uero Florus hos a prohibendo cohiberet: non habentes Iudæorum nobiles quid agerent inter quos erat Ioannes Telones islektunt Florum oblatione octo talentorum: ut ædificationem ueraret. Ille at ob capiendam tantummodo rem promittens se cūcta factus accepta pecunia statim de Cæsaria egressus est: abiitq; in Sebasten: seditioni tribuens facultatem quasi qui pugnae spacium Iudæoꝝ primatibus uendidisset. Sequenti autem die quæ apud Iudæos Sabbathum est: cum plebs ad Synagogam coisset seditiosus qdam Cæsariensis uas samium ante ingressum eoꝝ ponens alites immolabat. Hoc factum Iudæos incoercibiliter accendit & legem suā quippe contumeliam pertulisse locum ipsum dicebant fuisse pollutum. Pars at Iudæoꝝ quæ erat cōstantior atq; moderatior denuo iudicibus esse conquerendum rebatur. Seditiosi autem & iuueture turgentibus Iudæi effundebantur in litem. Stabant autem ad confligendum parati etiam Cæsariensium tumultuosiores. Ex consilio quippe directus fuerat qui pro Synagogæ foribus immolaret. Sicq; cōtinuo ex pugna commissa. Interueniens autem Iocundus: qui ad prohibendum erat relictus præfectus equitum. uas illud quidem quod positum fuerat iussit auferri & tumultum sedare pergebat. cū uero superatus esset præ Cæsariensium uolentia Iudæi statim libros legis rapientes secesserant in Nabata (regio quædam eorum hoc nomine appellatur: dirempta Cæsaria stadiis sexaginta) Primates at eoꝝ duodecim cum Ioanne in Sebaste ad Florum uenerunt: de his quæ acciderant conquerētes: & ut auxilio esset rogabant: quamuis reuerenter tūc eum de octo talentis admonentes. Ille uero illico compræhenso eos uinciri iussit: arguens cur leges de Cæsaria auferre ausi fuissent. Pro hoc igitur apud Hierosolymas grauissima iurgia nascebantur. Verumtamen adhuc indignationem suam frenabant. Florus uero quasi ad hoc operam suam locasset: ut bellum inflāmaret misit ad sacrum thesaurum ut inde decem & septem talenta auferentur: quasi eam pecuniam ipse Cæsaris flagitaret. Tunc uero statim inuasit populum multa confusio: concurrentes ad templum maximis uocibus nomen Cæsaris appellabant: ut a tyrānide Flori liberarentur: orantes. Quidam aut seditiosos in Floro maledicta iacebant ultima: & canistrum circanferentes stipem eius nomine postulabant: quī inops & miserimus talibus indigeret auxiliis. His autē omnibus nihil est a cupiditate deterritus: sed multo

magis ad deprædandum irritatus est. Deniq; cum debuerat Cæsariam ueniens igne belli illic nascē
tis extingui: causasq; tumultuum submouere: pro quo et pecuniam acceperat pactus: tantum cum
exercitu equitum atq; peditū Hierusalem contendit ut Romanis ad quæ uolebat uteretur: ac timore
& minis urbem nudaret. Tunc populus lenire eius impetum uolens obuam militibus processit: cū
solitis utiq; fauoribus & Florum honorare officii paratus. Ille uero præmittens cū equitibus. L. cē.
salutem noīe Capitonem discedere eos iussit. Neq; eum in quē tam grauia maledicta iecissent: sal-
tationem noīe Capitonem discedere eos iussit. Neq; eum in quē tam grauia maledicta iecissent: sal-
so denuo honore deluderent. Oportere quippe eos si uiri sunt fortes animisq; constantes etiam in
p̄sentem effundere contumelias: nec solum eos in uerbis: sed et in armis amorem libertatis ostende
re. His dictis exterrita multitudo simul etiam equitibus: q cum Capitone uenerant: in medium uul-
gus irruentibus diffugerūt: antequā Florum salutarent: aut militibus officia cōsuetā redderent. Di-
scedentes igitur in domos cū metu atq; humilitate puigilem duxere noctem. Florus aut tunc qdem
deguit in regia. Postridie aut aduersum eos extructo tribunali sublimis resedit: cōuenientesq; sacer-
dotum principes & ciuitatis uniuersa nobilitas astiterunt tribunali. His præcepit Florus: ut oēs q ma-
ledicta in eum succlamassent protinus dederent edicens in ipsos esse: nisi eos producerint uindican-
dum. Ad hæc respondent iudæi: populū quidem pacifica quæq; sentire: illis uero qui errauissent in
uerbis ueniam conferendā postulabant. In tanta siquidē multitudine nihil esse mirandū offendi alī
quos temerarios: & per ætatem insipientes: esse aut impossibile eorū qui deliquerūt discriminē agitari:
cum & singulos nimirum pœniteat: & per timorem ad negandū sint parati. Debere tantū illum si
consuleret gentis quieti: & uellet Romano imperio seruare urbē. Magis pp multos innoxios dare
ueniam et paucis delinquentibus quapropter paucos delinquentes improbos perturbare multitu-
dinem tantū bonorū. Ad hæc uero ille magna indignatione inflāmatu militibus exclamauit: ut fo-
rum uenialium quod erat in superiori parte diriperent: ac passim obuio trucidarent. Illi uero ad lu-
cri sui cupiditatem addita auctoritate rectoris: non solum illū diripuerūt locū in quem fuerant imi-
si: sed in uniuersas insilētes domos interficiebant habitatores. Fuga aut erat per angiporta oīa & cæ-
des eorū qui comprehendebantur: direptionis quoq; nulla species p̄mittebatur. Multos autem etiā
nobilū comprehendentes adduxerunt ad floꝝ: quos ille uerberibus laniatos i crucē sustulit. Deniq;
oīs numeros illo interfectoꝝ die cum paruulis: & mulieribus neq; n. lactantibus pepercerant fuit du-
centi & xxx. grauiorem aut faciebat calamitatem uideri nouitas Romanæ calamitatis: q; n. nemo
unquam prius tunc Florus ausus ē: ut uiros. s. equestris ordinis pro tribunali flagellis cæderet ac pa-
tibus affigeret. Quoꝝ & si origo Iudæa tamen romana dignitas erat.

Rex quidam Agrippa alexandrum proficiscens: inuenit germanam suā Beronicem: uidens iniq-
tatem militum misit ad Florū ut a sede desineret: qui uoluit imo peiora operatur uenit Hierosoly-
mam & uota deo exoluit: regina uero Florum precatur.

CAP. XIII.

Er idem tps rex quidam agrippa alexandriam profectus: ut alexandrum qui Aegyptū
procurabat: missus a Nerone iure hospitis conueniret. Germanam autem suam Beroni-
cem Hierosolymis inuentam & iniquitatem militum uidentem grauis pro hac angore
inuaserat: & frequenter quidem præfectos equitum suorū: custodes corporis mittens ad
Florū precabatur: ut a sede desineret. Ille uero neq; in multitudinem interfectoꝝ: neq;
in nobilitatē p̄catricis: sed tantum in lucra sua: quæ de rapinis congregarentur aspiciens contem-
psit annuere. impetus autē militum in reginam efferatus est. Non solum quippe sub oculis eius ob-
uios quoq; multabant: sed etiam ipsam nisi confugisset in aulam interfecissent. ibi autem per uigilē
noctem cum intenta custodia egit uerens utiq; irruptionem militum. Venerat aut Hierosolytam
ut uota deo solueret. His enim qui morbo uel aliis necessitatibus implicantur: mos est orare p̄ trigin-
ta dies antequam imolent hostias abstinere quoq; uino & capillos radere. Quem morē Beronice
Regina exercuit diebus: Nudipes et ante tribunal stetit deprecās Florum: & præter quod nullo ho-
noni habita est & etiam de uita sua periclitata est.

Multitudo clamat contra Florum: primates sedant multitudinem Florus uidens multitudinem
sedatam nouam querit insurgere discordiam: multi occiduntur per Romanos sed desperatione du-
ctus populus irrui in Romanos: quos expulit ex urbe: uidens Florus nihil posse agere ab urbe digre-
ditur Cæsariam uenit.

CAP. XV.

Aec autem facta sunt sextodecimo die mensis Maii. Postridie autem conueniēs multi-
tudo in forum quod erat in superiori parte ciuitatis confluens magnis clamoribus de
his qui interfecti fuerant querebantur. Potissimum autem inuidiosā in Florum uoces
erant q; ueriti primates quiq; & p̄tices disruptis uestibus & uiritim singulos compræ-
hendentēs postulabant: ut ab his uerbis quoꝝ causa mala tanta pertulerant desinerent
neq; in maiore indignationem floꝝ mouerent. Sicq; sedata est multitudo: tam reuerentia precanti-
um quā spe q; nequaquam Florus ultra in eos sæuiret. ille aut uidens multitudinē esse sedatam an-
gebatur: & denuo eam inflāmāre cupiens p̄tiffex cū nobilibus aduocauit: itaq; unum ait argumētū
fore q; nihil ulterius denouandis rebus populus cogitaret. si obuam procederet militibus de Cæsa-
DD ii

ria uenientibus. ueniebāt autē duæ cohortes: qui cum uocasset populum ad occurrendum mandat centurionibus: ut nullam salutationē redderent obuiantibus iudæis: Ad quod si offensi petulanter quippiam essent locuti statim in eos uterētur armis. Pontifices ergo collectam multitudinem in templo precabantur ut occurrerent romanis & ante graue incōmodum cohortes solēniter salutabant. His hortationibus seditiosi quiq; annuebant: & ob interfectoꝝ dolorem reliqua multitudo iungebatur audacibus. Tunc uero & oīs sacerdos omnesq; leuitæ sacra uasa proferentes: ornatūq; templi: citharistæ etiam & cantores cum musicis organis procedebant ante multitudinem: & obnixissime precabantur ut illum templi honorem custoditū esse uellent: neq; ad direptionem uasorum sacrorū Romanos contumeliis incitarent. Erat autem uidere: ipsos sacerdotum principes sparsis cinere capitibus & pectora diruptis uestibus nuda monstrantes nominatim singulos quosq; nobilium compellere: ac denuo in cōmune multitudinem precari: ne ob modicum peccatum patriam suam proderēt his qui direptioni eius inhiarent. Quam. n. utilitatem uel militibus esse de iudæoꝝ salutatione tribuendam: uel illis quæ acciderant correptionem si in præsentī prodire cessassent. Ac contra si officiose susceperint solenniterq; uenientes auferri Floro occasionem pugnæ: ipsos uero saluare patriam suam & prouidere. Ne quid ultra quam pertulerāt experirentur. His addunt quoniam paucis seditiosis si tanta multitudo iungatur quo magis ad pacificum consilium sua debuerint auctoritate trāsfere. Tali hortatu multitudinem inflectentes: etiam ipsos seditionis auctores: quosdam quidem minis: quosdam autē sui reuerentia mitigauerunt: ac deinceps præcedentes cum quiete omni populo sequente militibus obuiam prodierunt. Iamq; cōminus factos salutauerunt. Illis autem nihil respondentibus seditiosi iudæoꝝ aduersum Florū cuius hæc fierent consiliis succlamauerunt. Cōfestimq; milites compræhendentes eos cædere sustibus adhorti sunt: atq; in fugam uersos persequentes equites proculcabant. Corruiebant autē multi quidem cū a Romanis cæderentur: plures autem cū se mutuo propellerent. In ipsis autē portis grauis facta est compressio: & unoquoq; alterum præuenire cupiente tardior fuga cunctis fiebat. Collabentium uero erat durus interitus. Suffocati enim atq; conferti miseri disperibant: & neq; ad sepulturam quisquam proximis suis cognoscendus remanebant. irruiebant autē pariter milites imoderate eos quos compræhendissent cædentes: & per ingressum quæ Bezetham uocatur derrudebant multitudinem transire cupientes: ut Antoniam & templum obtinerent. Quos etiā Florus consecutus eduxit de regia eos qui secum erant: & in arcem transire nitentur. Frustratus tunc est eius impetus. Conuersus quippe aduersum eos populus repugnauit & per te cta euadentes obruebant saxis Romanos. Qui cū superne sagittis uincerentur uenientibus: nec possent defendere multitudinem quæ per angustos arctabatur ingressus: ad reliquum se exercitum qui erat in regia receperunt. Seditiosi autē uerentes ne superueniens denuo Florus templum occuparet per Antoniam ex templo ascendentes porticus ad templum per Antoniam continentes interciderunt: quatenus auaritiam Flori desperatione compescerent. Nam cū diuinis inhiaret thesauris proq; hoc in Antoniam transgredi niteretur: ubi intercisas porticus uidit: ab impetu conqueuit. Et conuocatis sacerdotum principes: atq; curiam se quidem ait urbe digredi: præsidium tunc apud eos relinquere quantum ipsi uoluissent: Ad hæc illis respondentibus nihil nouandum fore si unam tantū relinqueret apud eos cohortē. Dum tantum non illam quæ cum ciuibus pauloante conflixerat ob ea siquidem quæ pertulere populum illis militibus infensum: cohorte sicut precabantur mutata cum reliqua manu Cæsariam regressus est.

Florus non cessans: iudæos apud Cestium accusat de defectione dirigitur tribunus Neapolitanus ad hæc inuestiganda suscipitur a iudæis benignissime: & conqueruntur de Floro cognita in humanitate Flori: uulgius uult legatos fieri ad Neronem de crudelitate Flori. CAP. XVI.

Liud autem denuo pugnæ consilium comminiscēs rettulit ad Cestium: & iudæos defectionis criminatus impudenti mendacio illos perpetrasse dicens quæcūq; eos pertulisse constabat. Nec sane principes hierosolymoꝝ tacuerunt: sed & ipsi & Beronice ad Cestium de his quæ in urbe egerat retulerunt. Ille autē susceptis litteris partis utriusq; qd facto opus esset cum principibus deliberabat. Et quibusdam qdem uidebatur cū exercitu in iudæam Cestium ire debere: & aut uindicare defectionē si fuisset admissa: aut magis fidos reddere iudæos: eorūq; accolas. Ipsi tamē magis placuit aliqū de suis p̄ire: qui & negocia & consilia iudæorum possit ei fideliter nūciare. Direxit eo tribunū Neapolitanū q ab alexandria reuertēti agrippæ circa Iamnam occurrens: uel a quo fuisset directus uel ob quas causas indicat. Quo loci iudæoꝝ et pontifices reliquiq; nobiles eorūq; curia adesse curauerant: ut regem circa. s. officia nouarent. Postea uero quā congrua humanitate coluerunt cōquesti sunt quam potuerūt flebiliter de calamitatibus propriis: & in humanitatē Flori explicauerunt. Quā licet argueret agrippas tamē ut ducis auctoritati competeat inuestionē suam in iudæos transfudit: quoꝝ maxime miserebat uolens. s. frenare eorū motus: ut p hoc ipsum quod uiderent nihil passi iniuriæ ab ultiōis desinerēt appetitu. Ad hæc ergo qcunq; egregii erant: & pp sua p̄da desiderabant quietem: intelligebant regis redargutionem

esse plenam benignitatis. Populus aut Hierosolymorum sexaginta stadiis obuiam progressus officio-
se Agrippam & Neapolitanum suscepit. Lamentabatur tamen interfectos coniuges mulieres: quatuor
plangoribus reliquos quoque populus ad lamenta conuersus precabatur Agrippam ut genti consu-
leret. Succlamabant etiam Neapolitano: ut ingrederetur urbem uideretque quae essent a Floro getta:
& ira ostendebantur quidem desertum domosque uastatas. Deiceps uero per Agrippam suaserunt Nea-
politano ut is cum uno tantum famulo usque ad Siloam totam circuiret ciuitatem: quatenus ipsis co-
gnosceret oculis iudeos quidem omnibus aliis parere romanis: soli autem Floro aduersari pro magni-
tudinem in eos crudelitatis. Ille igitur cum circuisset urbem & mansuetudinis populi sufficiens docu-
mentum teneret: ascendit in templum quo etiam multitudinem conuocauit: & plurimis uerbis si de-
eorum cum circa Romanos collaudasset: multa etiam ad conseruationem pacis hortatus adorauit
eum eiusque sancta in eo tamen consistens loco in quo licebat per religionem: sicque regressus ad Cesti-
um est. Vulgus autem iudeorum ad regem pontificesque conuersus petebat: ut legati aduersum Florum
ad Neronem mitterentur: neque de tanta caede tacentes suspicionem suam defectionis praebarent: uisuri
quippe eos principes capiendorum armorum fuisse nisi praeuinentes ostendissent illum esse qui dedis-
set exordium constabat aut multitudinem non esse quieturam si legationem aliquis impedisset. Ad
haec Agrippa ordinari quidem legatos qui Florum accusarent inuidiosum putabat: despiciere autem iu-
deos in bella commotos neque sibi expedire cernebat.

Aduocat contionem iudeorum & constituit in suggestu Beronicem germanam rex Agrippa qui
omnes hortatur iudeos ad quietem & patientiam dicens haec non placere Caesari: neque eos posse
Romanis obsistere: qui toti orbi iam dominantur tandem acquiescit populus: uolensque persuade-
re ut Floro obediant. quousque successor ueniat. accensa multitudo ex urbe pepulerunt: ipse in re-
gnum discessit.

CAP. XVII.

Duocata igitur contione in xystrum: & in suggestu constituens germanam suam Beroni-
cem in Afamonorum domo ea siquidem xystro imminebat contra superiorem partem ur-
bis. Nam xystro templum erat ponte coniunctum eiusmodi orationem habuit. Siquidem
non uiderem uos omnes ad pugnam cum Romanis esse concitatos. Neque populi purio-
rem sincerissimamque pacem uelle seruare. Neque processissem ad uos: neque consulere confi-
sus essem: supuacua quippe de utilibus oratio quando omnium habitatorum conspirat ad deterio-
ra consensus. Quomodo uero aliquos quidem aetas: malorum belli nescios facit: quosdam uero in
considerata spes libertatis: nonnullos uero auaritia succedit & in confusione rerum capiendum de mi-
noribus lucrum quemadmodum ipsi ab hoc errore corrigantur: & non per paucorum improba consilia est
boni dispareant existimari oportere ut omnibus uobis in unum coactis ea exponerem quae arbitror
expedire. Perstrepet autem nemo si non ea audierit quae ipsius fert libido. His siquidem qui sunt ad defe-
ctionem irreuocabiler incitati: licebit etiam post meos monitus manere in pristina uoluntate. Mea
autem etiam ad illos qui audire cupiunt intercipientur oratio: nisi ab omnibus uobis silentium praebeat.
Noui quidem quam multi & iniurias procurantium prouincias & praeconia libertatis quasi tragice
prosequantur. Ego autem antequam discutiam qui sitis & contra quos pugnam suscipere tentetis: pri-
mum separabo causas quas connexas putatis. Si enim uiolatores uestros cupitis ulcisci: cur liberta-
tem magna laude sustollitis? Si uero istud ipsum seruire intolerabile ducitis superflua est aduersum
rectores querela. Et illis siquidem uel moderatissime agentibus: nihilominus turpe erit seruire. Con-
siderate autem singillatim & uidete quam exigua sit materia bellorum. Et primum quidem ipsa recto-
rum consideranda sunt crimina. Colere siquidem officii non exasperare oportet iurgii potestatem.
Cum uero modicorum peccatorum exprobrationes maximas facitis: aduersum uos profecto eos quibus
infertis contumelias irritatis. Relinquentes quippe & quae ante Claudio: & cum quadam uerecundia no-
cebant: palam uos confidenterque populantur. Nihil autem ita plagas coherceret: ut patientia & uiola-
torum quies quae uigilantibus indicit pudorem. Fac autem eos qui a romanis in prouincias dirigantur
esse grauer molestos. Non tamen etiam romani omnes uiolant uos: neque ipse Caesar aduersum
quem pugnam uultis. Neque enim ex praeccepto illorum improbus ad uos quisquam uenit: neque pos-
sunt illi quae in oriente geruntur positi in occidente conspiciere. Sed neque facile ea quae hic fiunt: illic
audiuntur. Est autem importunissimum & propter exiguas causas tantis: & ea de quibus querimus nescie-
ribus uelle conflagrare. Et quidem nostrorum criminum cito erit futura correctio. Neque enim unus idem
prouinciae semper curam tenebit & successores eius credibile est modestiores futuros. Motum autem
semel bellum neque deponere facile est absque magnis calamitatibus neque sustinere. Libertatis uero do-
na sitientibus prouidendum atque certandum est: ut principio non ea careant. Molesta enim est nouitas
seruitutis quam ne utique subeas iustum suscipi certamen uidetur. Qui uero semel subiectus est & dein-
ceps deficit contumax magis seruus quam amator libertatis ostendit. Tunc igitur oportuit omnia age-
re ne susciperetur Romani cum in prouinciam Pompeius intraret. Maiores uero uestri eorumque reges pe-
cunia corporibus a se multo uobis meliores exiguae parti uirtutis Romanae obsistere nequerunt. Vos
autem qui haereditariam obedientiam suscepistis rebus autem omnibus ab illis qui primi paruere quam legibus

sime inferiores estis: contra omne Romanum regnum obfistere arbitramini. Et Athenienses quidē qui ob græcorū libertatem patriam suam quondam ignibus tradidere: qui superbissimum illū Xerxi latorem autē Europa duceret exercitū. hunc inquam cum una naue fugientē gloriosissime persecuti sunt. Circa paruam autem Salaminam qui tantas opes Asiæ confregere: nunc tamen seruiunt Romanis: & illam regiam Græciæ ciuitatem administrant Italiæ iussiones. Lacedæmonii quoque post Thermophylas & plateas & Agesilaum Asiam perscrutatū eisdem dominos uenerantur. Macedones uero qui adhuc pene libertatem imaginantur Philippum uidere cum Alexandro promittentem sibi orbis imperium: serunt tamen rerū mutationem & adorant eos ad quos fortuna migravit. Aliæ quoque multæ gentes ad libertatē fiducia subnixæ: & multo maiores cefferunt tamen & obediunt. Vos autē soli seruire dedignamini his quibus uideatis uniuersa esse subiecta? Cui militiæ? quibus confiditis armis? Vbi classis uestra quæ peruagetur Romanoꝝ maria? Vbi autē qui expensis possunt sufficere thesauri? Contra Aegyptios fore aut arabas existimatis uos bellum mouere? Non circūspicitis Romanorum imperium? Non metimini uestram imbecillitatē? Nōne scitis uestram ciuitatē a contemnis gentibus frequenter esse superatam? Illoꝝ autē uirtus per totum orbem inuicta percurrit: imo etiam hoc orbe plus aliquid quæsierunt. Neque enim sufficit eis ad orientem quidem totus Euphrates: ad septentrionem uero Ister neque meridiem solitudine Libya perscrutata: neque in occidente Gades: sed ultra Oceanum alium quæsierunt orbem. Usque ad Britannias inaccessas prius arma & exercitum transtulerunt. Quid ergo? Vos ne ditiores Gallis: fortiores Germanis: prudentiores Græcis? Postremo plures estis omnibus in toto orbe degentibus? Quæ uos fiducia aduersum Romanos erigit? Sed dicit aliquis seruire molestissimum est. Ac quanto magis id Græcis: qui uniuersis sub sole habitantibus uidebantur præstare nobilitate: & tam latam quondam prouinciam possidentes: tunc bis ternis fascibus Romanoꝝ obediunt. Paribus autē macedones obsequuntur: qui certe multo uobis iustius deberent libertatē tueri. Quid autē quingentæ Asiæ ciuitates? Nunquid non absque ullo præsidio uni tantūmodo rectori parent? & fascibus consulis obsequuntur. Quid autē pergam enumerare Heniochos: & Colchos: & Taurorum gentē: Bosphoranos quoque & habitantes circa ponti litora nationes Mæoticasque gentes? Apud quas nimirum olim neque domesticus aliquis dominus noscebatur. Nunc uero militū subiiciuntur tantum tribus milibus: & quadraginta naues longæ in nauigabile prius mare in pace custodiunt. Quanta Bithynia & Cappadocia & Pamphiliorum gēs Lydi quoque & Cilices pro libertate dicere ualerent. Tamen nunc sine armis tributa pendunt. Quid autē Traches quinque quidem diebus in latum: septē autem in longum cōmeabilem prouinciam possidentes asperioresque multo quam uestra est: ac multis partibus fortiores altissimoque gelu eos qui iruerint retardantem duobus milibus Romanorum in præsidio manentibus obsequuntur. Post hos Illyrii usque ad dalmatiam: & Istro tenus incolentes duabus tantum legionibus obediunt: cum quibus & ipsi impetus compescunt Dacorū. Ipsi quoque Dalmatæ qui tam multa de libertate conati sunt: sæpiusque capti: rursus cum maioribus opibus rebellant. Nunc sub una Romanoꝝ legiōe agunt quietem. Verū tamen si aliquos magnæ causæ ad defectionem incitare deberēt: Gallos potissimum oporteret assurgere: quos uidelicet tantis munimentis natura cinxisset. Ab orientali quippe plaga alpium montibus a septentrionali Rheno flumine: a meridie Pyreneis montibus ab occidente uero Oceano. Sed tali munitione gaudentes trecentis & uiginti quinque gentibus numerosi fontes autem: ut ita dixerim: felicitatis domesticæ habentes: omnibusque bonis totum pene orbem irrigantes fuerunt: nihilominus uestigales esse Romanorum: ac felicitatem suam in eorū felicitate reponere. Idque sane ipsum: non per animorū molliem: nec propter ignobilitatem parentum quippe octoginta annos pro libertate pugnauerunt: sed Romanorum admirati sunt horrueruntque cum uirtute fortunam: qua illi plura sæpe obtinere quam bellis. Denique sub mille & .cc. militibus seruiunt: quibus pene plures habuerant ciuitates. Neque Iberis nascens in agris aurum ad gerenda pro libertate bella sufficit. Neque tantum terrarum marisque spacia. Romanis diremptæ gentes Lusitani: scilicet & cantabrorū arimania: nec uicinus Oceanus: etiam accolis suis fragore terribilis satis fuit uirtutibus Romanis: sed ultra columnas Herculis protulerunt arma: & ipsas nubes Pyreneorum montium egressi uertices ditioni suæ subdiderunt Romani atque ita pugnacibus gentibus tantoque ut prædixi spacio diremptis legio in præsidio una satis est. Quis uestrum non audiuit multitudinem Germanorum uirtutem quoque & magnitudines corporum ut arbitror sæpe uidistis. Siquidem ubique Romani earum gentium captiuos habent. Sed illi quidem ita ingentem spaciis regionem incolentes spiritus autem maiores corporibus gerentes & animam quidem contemtricem mortis: indignationes autem uehementiores feris: nunc autem limitem Rhenum habent: & octo Romanorum legionibus domantur: & seruiunt quidem qui capti sunt: reliqua autem eorum gens uniuersa salutem in fuga non in armis reponit. Considerate etiam Britannorum muros qui Hierosolymorum confiditis muris. Illos siquidem circūdatos Oceano: & pene nō minorem quā noster orbis est habitantes Romani nauigantes redegerunt in ditionē suā: quatuorque legiones tantæ magnitudinis

insulam tuentur. & quid opus est plura dicere? cum etiam Parthi bellicosissimum genus tantis prius populis imperantes & tam magnis opibus circumdati obsides tamen mittunt Romanis: estque cerne re sub spem pacis seruientem in Italia præcipuam orientis libertatem. Vniuersis quippe qui sub sole incolunt Romanorum arma uenerantibus uos soli bellum geretis? Neque Carthaginensium confidē rābitis finem: qui magno illo Hannibale gloriantes & ex nobilitate Phœnicum stirpe uenientes tamen sub Scipionis dextera corruerunt. Sed neque Cyrenæi Lacedæmone oriundi: neque Marmaridarum genus usque ad Dapsidem protentum neque terribiles etiam audiētibus Syrtes: Nasamones quoque & mari & innumerabilis multitudo nomadum uirtutes impediere Romanos. Sed tertiam partem orbis terrarum: cuius neque numerare quidem nationes facile est quæ. scilicet ab Atlantico mari & columnis Herculis usque ad rubrum mare infinitos numero & locis æthiopes continet: totam tamen susceperunt armis & præter fruges annuas quibus Romanam multitudinē octo mensibus pascunt alia quoque uestigalia pendunt. Expensas quoque deuotissimi imperio ministrant. Nihil de his quæ iubent: sicut uos contumeliosum putantes. Equidem una cum illis tantum legio commoratur. Sed quid opus est longe petitis exemplis potentiam explicare Romanam? Quomodo eam possitis de uicina uobis ægypto diligenter inspicere. Hæc enim cum usque ad æthiopas porrigitur: opulentiamque Arabiam: contigua quoque sit India quinquaginta & septingenta centena millia incolarum habens præter Alexandrinorum plebem penditans: Romanum non dedignatur imperium. Et certe quam magnam stimulum defectionis habens: Alexandriam scilicet multitudine & diuitiis abundantem: magnitudine quoque non imparē. Habet siquidem in longitudine stadia. xxx. in latitudine uero non minus quam decem: tributorum uero multo amplius per menses singulos infert: quam uos toto anno penditis: & præter pecuniam iiii. mensium Romanæ plebi annonam ministrat. Munitur autem undique: aut incōmeabili solitudine aut importuoso mari: aut fluminibus aut syluosis paludibus: quorum tamen omnium nihil Romana fortius fuit. Duæ etiam legiones ciuitati insidentes profundam Aegyptum cum illa macedonum nobilitate frenant. Quos igitur in bella de solitudinibus aliquibus socios assumetis? Si quidem omnes qui in orbe habitabili degunt Romani sunt. nisi forte quis uestrum spes suas ultra Euphraten porrigit: & Adiabenorū regionem gentiles suos æstimet adiutores. Porro nec illi propter irrationabilem causam tanto se bello implicabunt: nec si tam probroso operi assensum dabant Parthus tamen sineret. Est siquidem ei cura tuendæ cum Romanis amicitia & arbitrabitur fœdus esse temeratum si quis de his qui subiecti sunt eius imperio aduersum Romanos in bello procedat. Super est ad diuinum confugiantur auxilium. Verum & hoc apud Romanos. Sine deo quippe impossibile esset imperium tale consistere. Considerate autem quemadmodum hæc ipsa erga ipsam religionem in immoderatio: etiam si cum longe inferioribus bellum geratis: tamen ad dispensandum sit uobis difficillima atque eadem transgrediendo offendatis deum: per quæ eum auxiliaturum putatis. Si enim seruetis Sabbathorum consuetudinem: & ad nullum actum moueamini facile profecto capiemini. Sic quippe etiam maiores uestri experti sunt hos dies Pompeo ad bellum destinante in quibus scilicet hi qui oppugnabantur oria gerebant. Transgredientes autem in bello legem patriam nescio propter quid in reliquum dimicetis. Vna siquidem nunc uobis intentio est: ne quid de patria institutione soluat. Quemadmodum autem aduocabitis ad adiutorium deum si cultum indebitum sponte uiolētis? Assumunt autem singuli quoque bellum uel diuinæ uirtuti: uel humanis opibus confidentes. Cum uero utraq; hæc quantum ad ipsam pertinet consequentiam deserunt: in manifestam utriusque captiuitatem uolentes pugnare profiliunt. Quid autem prohibet propriis manibus filios uestros coniugesque laniare: & pulcherrimam inflammare patriam. Erupentes siquidem in furorem lucrabimini uel ignominiam superatorum. bonum est o amice bonum est: cum adhuc stat nauis in portu præcauere tempestatem futuram: & non eo tempore quo in medias irrueris procellas ne quicquam trepidare. His siquidem qui in improuisa mala inciderint superest: ut non indigni uel miseratiōe uiuantur: qui uero se in apertum discrimen iniecerint etiam exprobrationibus onerentur: nisi forte aliquis uestrum æstimet secundum peccata conflictum ire: Romanos autem postquam uicerint merodocriter uobiscum acturos: & non in exemplo aliarum gentium sacram hanc urbem inflammuros: interfecturos autem uniuersum uestrum. Neque enim qui superueritis armis usquam locum fugæ habebitis: uniuersis: scilicet gentibus: uel iam habentibus Romanos dominos: uel habere metuentibus. Periculum autem non solum in uos manebit: sed etiam in reliquis ciuitatibus habitantes iudeos. Neque enim est in toto orbe populus in quo non uestra portio sit: quos certe omnes uobis rebellantibus cæde crudelissima diuersi quoque conficient: & propter paucorum uirorum praua consilia: uniuersæ urbes Iudaico sanguine redundabunt. Manet autem uenia eos qui talia patrauerunt: quod sunt nimium uestro uitio congregati. Si uero eadē exequi suspenderit considerate quam impiū sit aduersum tam benignos arma nouisse. Subeat autem uos miseratio: & si non filiorum uestrorum atque coniugum saltē istius ciuitatis: quæ mater urbium uestre regionis uocat. Parcite moenibus sacris: precite uenerabilibus adytis: templumque uobis & sancta sanctorum seruare. Neque enim ultra uictores Romani his abstinebunt

quibus primo parentes nullam receperunt gratiam. Protestor autem ego quidem sancta uestra sacrosque angelos dei patriamque communem quando nihil eorum consiliorum quae uobis uiderim expedire subtraxerim uos autem decernentes: quae oportet mecum in pace degeris. Si uero protuleritis iras absque me periculis subdemini. His dictis astante etiam sorore lachrymauit: & multam partem de eorum impetu lachrymis infregit. Susclamabant autem non se aduersum Romanos: sed aduersum Florum ob ea quae pertulissent pugnam gerere. Ad quos rex agrippa. Sed opera uestra inquit talia sunt qualia aduersum Romanos pugnantium. Neque enim Caesari uestigal dedistis: & Antonianae porticus incendistis. Sopiētis autem causam defectionis. Si & porticus denuo construatis & tributa reddere maturētis. Neque enim Flori hoc praesidium est aut pecuniam Floro dabit. His consultius populus acquieuit: & cum rege ac Beronice ascendentes in templum porticus aedificare adorti sunt. Per uicos & regiones principes decurionesque dispersi uestigal colligebant: celeriterque quadraginta talenta. tantum enim erat reliquum redacta sunt. Et belli quidem imminentes minas eo tunc tempore agrippas compescuit. Deinceps uero persuadere populo tentabat: ut parerent Floro: donec successor ei a Caesare mitteretur. Ad quam orationem multitudo accensa nec a uerborum in rege contumeliis temperauit: sed protinus eum urbe pepulerunt: ausique sunt nonnulli seditionum etiam saxa in eum iacere. Rex autem uidens tumultuantium irreuocabilem impetum & conquerentemque contumeliis esset affectus. Princeps quidem eorum una cum aliis potentibus misit ad Florum Caesariam: ut ipse ex eis eligeret qui de tota regione uestigal exigerent. Ipse uero discessit in regnum.

Quidam eo tpe insurgunt & romanos oēs interficiunt Eleazarus dux militum prohibet Romanos hostias immolare. Nobiles quidam hortantur ne id fiat: ad Florem destinantur legati & ad agrippam ut cum exercitu ascenderent in ciuitatem: diuiditur ciuitas in duas partes: quidam nobilium & pontificum confugerunt: quidam in cloacis latuerunt. CAP. XVIII.

Et idem tempus quidam eorum qui bellum maxime mouebant congregati irruerunt in quoddam praesidium: quod uocabatur Masada: & occulte eo perualo: Romanos omnes interfecerunt. Alios autem de suis posuerunt custodes. In templo quoque Hierosolymorum Eleazarus quidam filius Ananiae pontificis iuuenis audacissimus dux illo tempore militum persuasit his qui sacrificiis ministrabant: ut nullius munus aut hostia qui non esset de Iudaeorum gente susciperetur. Id autem erat Romani belli semen atque materia. Reiecit siquidem hostias Caesaris quae pro Romano populo offerri solitae erant. Plurimum autem super hoc pontificibus aliisque nobilibus deprecatis ut non praeterirent eum morem quo supplicabatur pro regibus. Nihil tamen acquieuerunt non parum quidem & suae multitudini confidentes: robur siquidem omne res nouare cupientium eorum uoluntates iuuabat: maxime autem aspiciebant ad Eleazarum: qui per idem tempus ut dixi: princeps erat. Conuenientes igitur potentes quique cum pontificibus & pharisaeorum nobilissimis: & uidentes quae grauibus malis pergerent subiicere ciuitatem: decreuerunt seditionum animos experiri: & ante portam quae area uocatur contionem aduocantes: erat autem in interiori parte templi posita quae respicit ad solis exortum: ac primo quidem multa de temeraria eorum defectione conquesti: & quae tam breuiter bellum patriae commouerent. Deinceps irrationabilitatem causae ipsius arguebant dicentes: maiores quidem eorum ornasse templum ex magna parte de muneribus gentium: semperque eorum qui foris essent populorum munera suscepisse: & non solum prohibuisse aliquorum hostias id siquidem esse impiissimum: sed etiam eas quae uilcerentur permanerent quae ad praesens usque tempus oblationes eorum in templi cultibus collocasse. At nunc eos quae Romana arma irritarent: & despicerent eorum bella nouum statuere morem religionis atque tunc in periculis etiam ream facere ciuitatem impietatis: uideri siquidem ea sit in qua praeter solos Iudaeos nullus alter immolet externus. Neque ad orandum sinatur accedere. Et siquidem circa unius aliquis priuati personam lex ferretur eiusmodi possit nimirum iure nos inhumanitatis arguere. Nunc autem despiciuntur Romani: & iudicatur Caesar prophanus. Unde uerendum est: ne qui immolandas pro illis hostias repellunt ipsi in reliquum etiam pro se sacrificia prohibeantur offerre. Fiantque uere extra principatum ciuitas nisi celerius respiscetes reddiderint hostias: ac priusquam ad eos in quoque contumelia idem tentatum est huius ausus fama perueniat. simul autem ista dicentes producebant in medio scientissimos morum patrum sacerdotes quosque narraturos quomodo omnes eorum maiores exterarum gentium semper sacrificia suscepissent. Attendebat autem nemo res nouare cupientium his quae dicebantur: sed neque procedebant in medio altaris ministri ut belli materiam praepararent. Videntes igitur nobiles quique seditionem eo iam processisse: ut eorum non possit auctoritate compesci: & Romanorum armorum periculum se primos esse mansuros in quantum poterant consulentes amoliri causas parabant & legatos quidem ad Florum miserunt quorum erat princeps filius Ananiae Symon: alios autem ad Agrippam: inter quos nobilissimi Saulus & antippas & Costobarus erant qui etiam regem propinquitate tangebant. Precabant autem utrumque ut cum exercitu ascenderet in ciuitatem & seditionem opprimeret priusquam ea intolerabilis fieret. Et Floro quidem malum istud quasi bonus

nuntius fuit uolensque inflammare bellum nihil respondit legatis. Agrippas autem pariter utrisque parcens. s. deficientibus uel iis aduersum quos bellum mouebatur: uolensque & Romanis conseruare iudæos: & iudæis templum atque patriam ad hæc autem nec sibi conducere talem conturbationem sciens misit in auxilium populo equitum tria milia Auranitas Batanæos Trachonitas. Cum his autem erat præfectus equitum Darius: dux uero agminis Philippus ioacimi filius. His uero uenientibus optimates quique cum pontificibus: & omni multitudine quæ optabat quietem superiorem occupabant ciuitatem inferiorem siquidem & templum seditiosorum manus tenebat. Missilibus igitur & fundis indefinentibus utebantur & continuâ erat emissio sagittarum ex utraque. s. parte. Erat autem quando ex insidiis procurrerent eominus dimicabant. Præstabant autem audacia quidem seditiosorum: bellum uero scientia regii pollebant. Et his quidem erat propositum maxime templum obtinere: phanatoresque eius expellere. Seditiosus uero qui cum Eleazaro agebant ut præter ea quæ obtinebant etiam superiorem inuaderent urbem. Per septem igitur dies grauis utriusque partis cædes fiebat: & neutri de eo loco quem tenuerant depellebant. Deinceps uero adueniente ea festiuitate quæ Xylophoria dicitur: in qua mos est omnibus grandem lignorum materiam conuehere ad templum: quatenus nunquam igni deficiat esca: semper enim inextinguibilis perseverat: quosdam quidem cura religionis exclusit. inter infirmiore autem uulgum multi irrumpentes sicariorum sic enim uocant latrones gladios in sinibus gerentes audacissime utebantur opere quod adorti erant. Regii autem audacia & multitudine uincebantur. Ita superiore ciuitate cesserunt: cum isti protinus irruentes Ananiam pontificis domum: & Agrippæ ac Beronices palacium inflammauerunt. Postquam ignem archiuo intulerunt uolentes omnia creditorum documenta disperdere: nec etiam unde ratio creditæ pecuniæ pateret atque omnis ad eos debitorum se iungeret multitudo: & aduersum locupletes quasi metu libertatis haberent insurgendi liberam facultatem. Fugientibus ergo chartarum publicarum custodibus ignem ædibus iniecerunt: atque ita succensis ciuitatis neruis hostibus irruerunt. Quo loco pontificum atque nobilium quidam in cloacis latuerunt: quidam uero cum regii in superiorem regiam confugerunt: portas celeriter obstruentes. Inter quos Ananias pontifex: & Ezechias frater eius erant: & illi quos apud Agrippam uos legatione diximus. Tunc ergo uictoria quidem & inflammatione contenti cessauerunt.

Quintadecima die mensis Augusti fit impetus in Antoniam & omnes obsessos in eo præsidio capiunt: post regem accedunt exurunt turres: præcantur Manaimum ut liceat aufugere quibus concedit relictis solum Romanis intusque confugiunt in turres regias: illi uero qui cum Manaimo erant: irruentes illa loca diripientes stratopedum incenderunt.

CAP. XIX.

Octidie autem. xy. scilicet die augusti mensis fecerunt impetum in Antoniam: & omnes in eo præsidio agentes per biduum obsessos ceperunt atque interfecerunt: præsidiumque incenderunt. Postea uero transferunt in regiam ad quam confugere Agrippæ milites: & in. iiii. partes agmen suum diuidentes muros moliebantur. Eorum uero qui intus erant erumpere nullus audebat propter multitudinem oppugnantium. Distributi autem propugnacula: & turres subeuntes interficiebant: & frequenter quidem latrones sub muris cadebant. Nec die autem conflictus: nec nocte cessabat: seditiosus uidelicet æstimantibus in desperationem cogi eos qui in præsidio erant propter inopiam uictus: regii uero credentibus oppugnatores suos cessuros labori. In his autem erat Manaimus unus de filiis Iudæ Galilæi callidissimus rhetor qui etiam quondam sub Cyrino exprobrauerat Iudæis quoniam post deum subiicerentur romanis. Is ergo assumptis quibusdam nobilium perrexit in Masada ubi armamentarium Herodis erat. Eoque perrepto populares aliosque latrones diligenter armauit. Hisque utes stipatoribus ueluti rex Hierosolymam reuertitur factusque princeps seditionis oppugnationem disponebat. Machinamentorum autem inopia erat: & nec poterant palam suffodere muros: superne hostibus tela iacētibus. Funiculum igitur longe cœptum sub una turrim agentes suspenderunt cum materia subiecta ac postea in sustinentia ligna ignem immittentes aggressi sunt. Sicque subiectibus exustis turris quidem ex templo emota est. Alter autem murus intus ædificatus apparuit. Regii quippe molitiones eorum præsentientes fore etiam de concussione turris: alium sibi murum celerius ædificauerunt. Inter hoc autem hi quidem qui oppugnabant & statim se uictores credebant cum uidissent alium murum stupore defecti sunt: regii tamen ad Manaimum aliosque seditionis principes mittebant: precantes ut eis descendere liceret: id est regii eiusque reliquis. Quod cum Manaimus annuisset protinus discesserunt. Romanos autem qui soli relictis erant grandis animi occupauit defectus. Neque enim ui contra tantam multitudinem pares erant: & precari ut exire liceret ignominiam iudicabant: quamque & si tribueretur nequaquam tutum putabant. Dereliquentes igitur inferiorem locum qui Stratopedon uocabatur quippe quasi capi faciles in turres regias confugerunt: quarum una appellabatur Hippicos: alia Phaselus: tertia Mariannes. Hi uero qui cum Manaimo erant protinus irruentes ea loca de quibus milites fugerant si quos eorum comprehenderunt trucidantes omnem reliquum apparatus diripientes Stratopedum incenderunt. Hæc igitur acta sunt sexto die mensis Septembris.

Capitur Ananias pontifex & cū fratre Ezechia occidit & insurgūt qdam contra Manaimū: nolētes eum regem: interficitur Sophista a populo: interficitur Manaimus: per Romanos etiam multi ex Iudæis occiduntur: ita ut Cæsaria uacuata Iudæis remaneat.

CAP. XX.

Equenti autem die pontifex Ananias circa Euripos regia domus latens capitur: & a latronibus interficitur cum Ezechia fratre. Circumsedētes autem turres seditiosi custodiebant ne quis militum posset effugere. Manaimum autem & munitorum locorum destructio & pontificis Ananias mors in crudelitatem erexit: & neminem parem sibi in negociis arbitrans intolerabilis erat tyrannus. Insurrexerunt autem duo de sociis Eleazari & mutuo collocuti: quia non deceret a Romanis desiderio libertatis recedentes eandem populi suo prodere: dominumq; ferre: & si non uolentem: tamen seipsis humiliorem. Nam si oporteat cunctis aliquem præesse: quēuis magis alium quam illum deceret. Atq; ita pacti adoriuntur eum in templo. arroganter enim adoraturus accesserat regali habitu indutus: & studiosos sui in armis habebat. Cum igitur hi qui circa Eleazarum erant in illum profiluisissent: reliquus uero populus rapiēs saxa interfecit Sophistam: æstimantes quo modo illo perempto tota seditio solueretur. Paululum autem stipatores Manaimi resistentes postquam uiderunt totam aduersum se multitudinem irruere quiq; quo potuit diffugere & cædes quidem eorum qui compræhensi sunt: perscrutatio autem latetium sequebatur: pauciq; ex eis latentes in Masadam perfugerunt. cum quibus & Eleazarus filius Iairi propinquus genere Manaimo. Qui postea etiam in Masadam tyrannidem egit. Ipsum autem Manaimum cum confugisset in locum qui Ophlan uocatur: atq; illic humiliter delitesceret capientes extraxerunt in publicum: multisq; suppliciis affligentes interfecerunt. Similiter autem sub eo agētes principes præcipuumq; tyrannidis adiutorem eius Absalomon nomine. Et populus quidem sicut dixi in his adiutor fuit: suspicans aliquam totius seditionis correctionem futuram. Hi uero non ad comprimendam pugnam: sed ut cum maiori licentia bellum agerent interfecerunt Manaimum. Deniq; cum populus multum precaretur ut oppugnationem militum relaxarent uehementius insistebant donec ulterius resistere non ualentes: Metilius. s. Hic enim erat Romanorum præfectus: & reliqui mittunt ad Eleazarum dicētes: ut solas eorum pacifceretur animas: arma autem & reliqua quæ haberent ipsis tradentibus sumerent. Qui precationem illico rapientes remittunt ad eos Gotionē Nicomedis filium & Ananiam Saduci: & Iudam Ionathæ: eis dextras & sacramentum duros. Quibus actis deducebat milites Metilius: sed quandiu Romani arma retinebant nemo aduersus eos seditiosorum fraudis aliquid molitus est. Postea uero quam secundum pactiones omnes scuta gladiosq; posuerunt neq; quicquam ulterius suspicantes descenderunt facto in eos impetu stipatores Eleazari compræhensos trucidabant: neq; resistentes neq; supplicantes: solas autem pactiones & iuramenta quæ dederant inclamantes. Et hi quidem ita crudeliter interfecti sunt præter Metiliū. Hunc enim deprecantem & usq; ad circuncisionem Iudaizare se promittentem tantūmodo seruaauerunt. Derrimentum autem Romanis quidem erat leue depotētia siquidem amplissima pauci fuerunt interempti: Iudæorum autem captiuitatis illud exitium probatur. Videntes autem graues iam stare causas bello: urbem tamen tali facinore fuisse repressam: ex quo nimirum diuina indignatio iminebat etiā si a Romanis nulla ultio timeretur: Iugebant publice & iustitia ciuitatis præmebatur unusquisq; autē mediocrium quasi pro seditiosis causas redditurus turbabatur. Siquidē Sabbatho illam cædē contigerat perpetrari in quo. s. die propter religionē a sanctis quoq; operibus agunt quietem. Eodem autē die eademq; hora quasi ex aliqua cælesti prouidentia Cæsarienses quoq; Iudæos apud se habitantes trucidauerunt: ita ut uno tempore super. xx. milia hominum cæderentur: & cunctis Iudæis uacuata Cæsarea remaneret. nam & eos qui effugerant compræhendens Florus uinctos in arenam deduxit.

Iudæi diuisi uicos & loca alia inflāmauerunt: imensa cædes fit ex Iudæis & aliis: Ciuitates oēs ple ne cadaueribus Scythopolitæ cū Iudæis dimicant: clā tamen nocte dormientes tercia: eos inuadunt xiii. milia interficiunt ex Iudæis & eorū substantiā diripiunt.

CAP. XXI.

Ost Cæsariensium uero plagam tota gens efferata est. Diuisiq; Iudæis Syrorum uicos eisq; continentes rurales protinus uastauerunt: idest Philadelphiam & Gebonitin & Gerasam & Pellam & Scythopolim. Deinceps uero irruerunt in Gadara & Ioppem & Gaulanitiden. Et alia quidem subruentes loca: alia uero inflāmantes etiā in Cæsariam & Tyrum & Ptolemaidam: Gabam quoq; Cæsariamq; tendebant. Obstitit autem eorum incursum: neq; Sebaste: neque Ascolon: sed his quoque inflāmantis Anthedona & Gazam euerterunt. Multa autem circa fines harum ciuitatum diripiebantur: uici scilicet & agri eorum qui capiebantur uirorum imensa cædes fiebat: neq; tamen Syrii minorem numero multitudinem Iudæorum uastabant: sed etiam eos qui in ciuitatibus erant compræhensos disperdebant: non solum ob uetus odium: sed ut: & discrimen imminens præuenirent. Grauis ergo conturbatio totam Syriam peruascerat: & omnis ciuitas in binos diuidebatur exercitus: unaq; alterutris salus erat: si anticipassent alteros cædes faciendo. & dies quidem ducebantur in sanguine. noctes autē molestiores formido faciebat. nam licet uiderentur amoliri Iudæos: tamen etiā de aliis gentibus

iudaezantes cogebantur habere suspectos: & per hoc ipsum quod in eis uidebatur ambiguum: neque temere eos placebat interfici & rursus per ipsam religionis commixtionem quasi penitus externos timebant: prouocabant autem ad caedes aduersorum etiam illos qui prius fuerant mansueti auaritia siquidem substantias caesorum passim diripiebant & quasi uictores eorum praedam quos trucidauerunt in domos alias transferebant. Gloriosior autem erat qui plura collegisset: quasi scilicet plures uirtute superasset. Erat autem cernere ciuitates plenas cadaueribus insepultis & inhumatos passim iacere cum paruulis senes. foeminas autem neque uerecundia contextas: & omnis quidem provincia plena erat inerrabilium calamitatum maior autem his metus audendorum malorum ipsis quae acta erant facinoribus imminebat: & haftenus quidem iudaeis aduersum alienigenas conflictus erat. Incurrentes autem in Scythopoleos fines etiam iudaeos: qui illic habitabant: experti sunt hostes. Hi enim cum Scythopolitis conspirassent: & consanguinitatem utilitati propriae postponentes aduersum iudaeos cum gentilibus dimicabant: suspecta tamen eorum ipsa belli fuit auaritia. Denique Scythopolitae ueriti ne ciuitatem noctu adurerent: & magna sua calamitate ciuibus excusarent defectio nem. Dixerunt eis: ut si uelint in eos firmare consensum & circa alienigenas ostendere fidem: transirent cum omnibus famulis suis in proximam locum paludis. Quibus quae fuerant iussa sine suspitione facientibus diebus quidem secutis duobus quieuerunt Scythopolitae. Tertia uero nocte explorantes alios incautos alios uero dormientes inuadunt: subitoque omnes interfecerunt qui fuerunt xiii. milia. Postque eorum substantiam cunctam diripuerunt.

Circumsus Scythopolitis a iudaeis Symon quidam qui multos ex Iudaeis quotidie truncauerat educens gladium nullum hostium interfecit & patrem & matrem & filios & uxorem interfecit praedignatione: ne hostium quos gloriaretur: & seipsum: caedes maxima fit in scythopoli urbes & populi cum uicini iudaeos omnes interficiunt: multae ciuitates aliae pepererunt eis miseratioe morae. CAP. XXII.

Ignem autem etiam uidetur symonis interitum enarrare. Hic enim sauli cuiusdam non ignobilis uiri filius erat. Fortitudine quoque corporis & audacia animi insignissimus: quibus utriusque ad incommoda suae gentis abusus multos siquidem iudaeorum appropinquantes Scythopolim quotidie obruncabat: & frequenter integros cuneos fudit fugauit: ita ut totius aciei mora & momentum solus existeret. Comprahendit autem eum digna ciuili interfectione poena. Nam cum scythopolitae circumsus essent iudaeis: & in paludem praecipites agerent educes symon gladium in nullum quidem hostium impetum fecit. Nihil siquidem in tanta multitudine promoturum uidebat. Exclamans autem miserabiliter digna inquit Scythopolitani his quae gessi patior: quippe qui tam multa caede ciuium meorum benignitati erga uos nostrae fidei feci. Digne enim nobis exera gens infida est: qui in nostrum genus tanta impietate delinquimus. Morior ergo quasi prophanus propriis manibus: neque enim dignum est hostibus subiacere. Iste autem ipse finis: & mihi sceleris digna poena: & aut uirtutis idoneum decus erit: ut nemo scilicet hostium de meo interita gloriatur: neque insultet cadenti. Haec dicens miserantibus simul ac furentibus oculis circumspicit omnem familiam suam. Erant autem & uxor & filii & prouecti in senectutem parentes. Ille quidem patrem trahens caesariae & eum superstante ense penetrauit post quem non sane inuitam matrem interfecit. Super hos autem coniugi & filiis intulit ferrum singulis sane horum pene currentibus gladio & hostes praenire cupientibus. Cum uero omnem suam necessitudinem trucidasset caesis superstante extendit dexteram: ut neminem posset latere: & totum in uiscera sua ense demersit. Dignus quidem miseratione iuuenis propter robur corporis atque animi firmitatem. Caeterum quantum ad fidem quam alienigenis praestitit digno sine consumptus. Ad eadem autem quae in Scythopoli facta est: reliquae quoque urbes iudaeis apud se habitantibus irruerunt: & duo milia quingentos Ascalonitae: Ptolemitae autem duo milia interfecerunt. Vinxerunt quoque non paucos Tyrii: multos quidem trucidauerunt: plures autem uinctos custodibus tradidere. Hippeni quoque & Gadarense similitur audacissimos quidem amoliebantur: terribiles autem sollicitate obseruabant. Reliquae quoque urbes aduersum iudaeos singulae: & prout habebant uel timore uel odio mouebantur: soli autem Antiocheni & Sidonii & Apamei suis cohabitatoribus pepererunt: & neque interfecere quemque iudaeorum neque uinculis tradiderunt. Forte autem & propter multitudinem suam despexerunt: eorum si qui motus fuissent: mihi autem uidentur magis erga eos miseratione moti quos utique nihil moliri uidebant. Geraseni autem neque in eos qui apud se remanere delegerunt quam gesserunt mali: & egredientes usque ad fines suos deduxerunt.

In regno Agrippae insurgit pernicies aduersus iudaeos: Noarum multos ciues qui ad agrippam & Cestium uenerant poscendi praesidii gratia in itinere occidit: hunc Varum agrippa punire non audeat summouit eum e regione qua procurabat. CAP. XXIII.

Excitata est autem etiam in regno agrippae aduersum iudaeos pernicies. Ipse siquidem perrexerat ad Cestium Gallum antiochiam: relicto super negocia sua quodam ex sociis nomine Noaro qui Soemo regi genere erat propinquus. Venerunt ad eum de Batanea regione septuaginta numero uiri & nobilitate & prudentia ciuium suorum praestantissimi poscendi praesidii gratia: ut si qui. scilicet apud eos quoque motus fierent haberent idoneam custodiam per quam possent

insurgentes quosque comprimere. Hos Noarus quosdam armatos de regis permittens interfecit in itinere omnes. Ausus autem est tale facinus propter consilium Agrippæ & propter nimiam auaritiam impie in gentiles suos agere non recusans regnum omne corrumpit; perseverans. s. post talem principatum in totum genus exercere iniquitatem. Donec discussus agrippa rebus animaduertere quidem in Noarum ueritus est propter propinquitatem Soemi. Procuranda tamen eum regione summouit. Seditiosi autem compræhendentes præsidium: quod appellatur Cyprus imminens finibus hiericuntis custodes quidem interfecerunt munimenta autem destruxerunt.

Iudæi persuadent Romanis ut deserant castellum: utuntur honoribus iudæi in alexandria quos Alexander concesserat conflictus continuus cum iudæis & Græcis fit. CAP. XXIII.

Er eosdem dies etiam in Machærunte multitudo iudæorum persuadebat in præsidio relictis Romanis deserere castellum eisque tradere. Illi autem quæ rogabantur cogi metuentes pacti sunt cum eis discessionem suam & accipientes fidem tradunt præsidium quod diligenter cœperunt Machæritæ custodiis optinere. In alexandri autem semper quidem

erat incolis aduersum iudæos seditio. Iam ab illo tempore: ex quo strenuus alexander contra Aegyptios usus iudæis præmium societatis tradidit eis: & habitandi apud Alexandriam facultatem & ius orbis æquale cum gentibus. permanebant autem eis honor iste apud successores quoque alexandri. Denique & in parte ciuitatis locum eis propriam deputauerunt: quatenus haberent conuersationem per omnia mundiorem a commotione scilicet gentium sequestratam præstiteruntque eis ut etiam Macedones appellaretur. Deinceps uero cum in possessionem Romanorum Aegyptus uenisset: neque Cæsar primus: neque post eum quispiam honores quos alexander iudæis decreuerat minuit. Conflictus autem eorum aduersus Græcos pene continuus erat: & iudicibus multis quotidie ab utraq; parte lucrum reuehentibus seditio accendebatur.

Alexandrini conueniunt ut largitionem ad Herodem mittant: permiscetur iudæi cum Græcis in amphitheatro: fit discordia maxima inter eos: Tyberius alexander coercuit eos hortationibus qui irruentes Tyberium contumeliis appetebant ille quasi omnes fecit interficere: domos diripere. Zabolon ciuitas a Cestio occupatur: diripit domos & loca incendit. CAP. XXV.

Vnc uero cum apud alios turbata res esset: illic magis exarsit tumultus. Nam cum alexandrini in contionem uenissent ut ordinarent pro certis negociis largitionem ad Neronem ferendam concurrere in amphitheatrum permixti Græcis plurimi iudæorum. Quos cum uidissent æmuli extemplo clamare cœperunt: iudæos hostes: & exploratores esse ac deinceps insipientes intulerunt eisdem manus & reliqui quidem fugientes dissipati sunt tres ex his uiros compræhendentes trahebant quasi uiuos incensuri. Commota est autem omnis terra iudæorum ad ultionem ferendam: & primum quidem in Græcos saxa iaciebant. Postea etiam uerosa cibus raptis in amphitheatrum impetum fecerunt: comminantes quot in ipso loco tantum simul populum concremarent & pene minas impleissent rebus: nisi iras eorum compressisset Tyberius Alexander princeps ciuitatis. Nec tamen ipse coercendi principium ab armis sumpsit: sed nobiles eorum quosque summittens hortabatur ut desinerent: neque aduersum se militiam Romanam commouerent. Seditiosi autem benignam deprecationem ridetes Tyberium contumeliis appetebant. Qui postquam uidit absque calamitate tumultuosos non posse compesci immisit in eos duas Romanorum legiones: quæ in ciuitate erant. Cum his alios quinque milia equites casu ad iudæorum interitum de Libya uenientes præcepitque ut non solum interficerent: sed etiam substantias eorum diriperent domosque inflammarent. Qui protinus concurrentes in locum qui uocatur Delta: illo quippe erat iudæorum multitudo collecta exequabantur strenue iussiones nec sane sine cruenta uictoria. Collecti quippe in unum iudæi & eos qui de suis optime armati erant ante reliquam multitudinem stantentes aliquandiu restiterunt. Postquam uero in fugam inclinati sunt: passim trucidabantur: & erat eorum grandis interitus. Tum quæ sibi mandata fuerant exequuntur. Conglobati enim iudæi his quos melius armatos habebant in fronte positos aliquandiu quidem restiterunt. Semel in fugam uersa mactabantur: nec unius exitii modus cum alii sub diuo atque in campo depræhenderentur: in ædes autem alii concluderentur: & eas quoque incenderent Romani una etiam diripiendo quæ in his reperissent: neque illos aut infantium misericordia aut reuerentia senectutis moueret: sed in omnino ætates pari cæde sæuirent. Vnde totus quidem ille locus sanguine redundabat. Quinque uero congecta sunt milia mortuorum: nec tamen saltem reliquæ remansissent: nisi ad preces se contulissent eorumque misertus alexander Romanos iussisset abscedere. Sed illi quidem quibus erat consuetum obedire præceptis primo eius nutu discedunt: populares autem Alexandrini propter odii magnitudinem difficulter ab incepto reuocabantur: uixque a corporibus distrahebantur. Apud Alexandriam quidem talis casus euenit. Cestio uero iam quiescendum esse non uidebatur in sensis ubique iudæis: sed duodecimam legionem integram ex Antiochia secum ducens: & ex reliquis bina milia lecta peditum: & .iiii. alas equitum insuper regum auxilia: hoc est Antiochi duo milia equitum & peditum tria milia sagittarios omnes agrippæ uero tantundem peditum & equitum mille: cum & Cestius sequeretur. .iiii. milibus cõitatis: quorum tertia pars equitum erat: pluresque sagittarii: Pro-

lemaida progressus est plurimi autem ex ciuitatibus auxilio conuenerunt: peritia quidem militibus inferioribus: quorū uero scientiæ deerat in Iudæos odio: idemque alacritate supplētes. Aderat autem ipse quoque Agrippa Cestio: & eorum quæ conducerent simul & itineris principes: ibi tum adducta exercitus parte Cestius in ualidissimam Galilææ ciuitatem contendit Zabulon quæ appellatur andrō. & ab Iudæorum finibus Ptolemaida discernit. Cunque offendisset eam ciuitatem destitutam in montes enim multitudo refugerat omnigenum autem rerum plenam: illas quidem militibus diripiētes enim concessit: ipsum uero oppidum quamuis admiratus eēt eius pulchritudinem quippe domus habebat similiter ut apud Tyrum & Sydonā & Berytum ædificatas incendit. Deinde cursu territorio peragrato quicquid inuenisset obuiam depopulatus in flammatis etiam circum eam positis uicis in Ptolemaida regressus est. Syris autem adhuc prædæ inherentes: & præcipue Berytiis recepta Iudæi fiducia: Cestium enim recessisse cognouerant repente in eos qui remanserant irruunt: & prope duo milia morte consumunt.

Cestius præmittit exercitū in ioppē quæ capit: incēdit eā & uiros oēs interficit. CAP. XXVI.

Cestius autem ex Ptolemaide reuersus ipse quidem Cæsaream peruenit in ioppen uero partem præmisit exercitus: cum præceptis huiusmodi ut oppidum custodirent si eo potiri potuissent: aut si oppidani impetum præsensissent: tam suam quam cæterorum militum præstolarentur aduentum. Illorum igitur alii mari alii terra profecti utrinque ioppem facillime capiunt: ita ut ne fugæ quidem habitatores copiam reperirent: nedum ad pugnam se pararent. Aggressi autem cunctos interficiunt cum familiis direptamque ciuitatem incendunt. Interfectorum autem numerus octo milia quadringenti fuerunt. Simili modo & infinitam Cæsaream Nabartenen Eparchiam non paucos direxit equites: qui & partem finium uendicauerunt: magnamque indigenarum multitudinem peremerunt: direptisque patrimoniis etiam uicos igni dederunt.

Cestius mittit Gallum in Galilæam suscipiunt eum ciuitates qui uero non obtemperabant insequitur & trucidabat: progrediens multa loca inuadit: Iudæi ad diem festum Hierosolymam petierunt: qui auditis militibus uenientibus: dimissis solennitatibus in Romanos irruerunt: quorum multos occiderunt. CAP. XXVII.

In Galilæam quoque misit Cestius Gallum ductorem duodecimæ legionis eique tantam militum manum attribuit: quantam genti expugnandæ sufficere posse credebat: & eum ualidissima Galilææ ciuitas Sephoris cum fauore suscepit. Huiusque prudens consilium: secutæ ciuitates aliæ quiescebant. Qui uero seditionibus & latrocinis operam dabant in Galilæa montem undique medium recessere: qui est cōtra Sephorim & uocatur asamon. Aduersus eos Gallus ducebat exercitum. Illi autem quandiu superiores erant facile Romanos ad se ascendentes ulciscabantur: & ex his plures quam ducentos interfecerunt. Vbi uero eos uiderunt circumacto itinere ad celsiora progressos mature uictoriam concesserunt: & neque pugna cominus armorum ferebant. Neque si terga dedissent equitum poterant manus effugere: adeo ut pauci locis asperis delitescerent: amplius uero quam duo milia trucidarentur. Gallis quidem cum nihil iam tentari nouitatis apud Galilæam uideret Cæsariam cum exercitu remeabat. Cestius uero cum omni multitudine reuersus in Antipatridem perrexit. Cognitoque non paruam multitudinem Iudæorum in turrim quæ Aphæci uocabatur esse collectam: qui & his congregarentur præmisit. Sed priusquam in manus uenirent Iudæi metu dispersi sunt: eorumque castra iam desolata nullites adorti cum uicis circumpositis incenderunt. Ex Antipatride autem Cestius in Lyddam profectus uacuum uiris ciuitatem offendit. Nam propter Scenopogiorum dies festos cum in Hierosolymam populus omnis ascenderat. Quinquaginta uero quos ibi comprehendit occisis exustoque oppido ulterius procedebat per quæ Bethoron profectus in quodam loco cui nomen est Gabao castra ponit distante a Hierosolymis stadiis quinquaginta: Iudæi uero cum iam ciuitati propinquare bellum uiderēt: omnis dies dierum sectorum solennibus ad arma properabant: satisque freti multitudine incompositi ad pugnam & cum clamore prosiliebant: Ne dierum quidem septem habita ratione feriatorum erat enim sabbatum quod apud eos religione maxima curabatur. Idem autem furor qui eos ab obsequio pietatis emouerat in prælio quoque superiores effecit. Tanto namque impetu Romanos aggressi sunt ut eorum & aciem perrumperent uiaque aperta cædibus in medio ruerent: ac nisi ei militum parti quæ nec dum locum amiserat equites ex circuitu subuenissent: quique non satis desecerunt pedites in periculo totus Cestii exercitus fuisset. Interfecti sunt autem quingenti & quindecim Romani milites ex quibus quadringenti pedites: cæteri equites erant: Iudæi uero uiginti duo: quorum fortissimi uidebantur Monobazi regis Adiabene propinqui: Monobazus & Cenedæus: & post hos peraites Niger & Sila Babylonius qui ad Iudæos: ab Agrippa rege transfugerant cui pridem militabant. A fronte quidem repulsi Iudæi ad ciuitatem reuertebantur. Romanos autem ad Bethoron ascendentes Gioræ filius Symon inuadit: multosque postremi agminis coactores laniauit: ac multa carra cum farcinis capta in ciuitatem reduxit. Cestio uero in agris triduo commorante Iudæi locis superioribus occupatis obseruabant eius transitum neque cessaturos eos certum erat: si Romani proficisci cœpissent.

Quærit agrippa uerbis iudæos auertere ut desisteret: mittit Borcæum & Phœbum ad iudæos: perimit phœbus: Cestius inducit exercitum in oppidum iudæorum: iceditque præ ciuitatis. CAP. XXVIII.

i Taq; dum Agrippa cum infinita hostium multitudine montes amplexa ne Romanos quod a periculo tutos esse prospiceret uerbis iudæos experiri decreuit: uel omnes sibi parituros exitum stimans: ut bello desisterent uel si qui aduersarentur seu ducandos esse: qui ab eorum sententia discreparent. Misit igitur ex comitibus suis Borcæum & Phœbum quos illis sciebat esse notissimos: & a Cestio scelus amicitiae: certamque a peccatis populo Romano ueniam pollicerentur: si proiectis armis secum sentire uoluissent. Verum seditiosi metu ne cuncta multitudo spe securitatis ad Agrippam sese conferret legatos obruncare statuerunt: & Phœbum quidem priusquam uerbum faceret peremerunt. Nam Borcæus uulneratus effugit: populares autem id indigne ferentes factum cadendo sustibus atque lapidibus in oppidum compulerunt. Cestius uero quia intestinam eorum discordiam opportunum ad irruendum tempus inuenit totum in eos duxit exercitum: inque fugam uersus usque Hierosolymam profectus est. Castris autem in loco positus qui appellatur Scopos interuallo septem studiorum a ciuitate discedens: nihil per triduum aduersus oppidum conabatur: sperans fortasse intus degentes aliquid remissuros. In uicos autem circa ciuitatem non parua militum manu ad rapienda frumenta dimisit. Quarto autem die qui trigessimus mensis erat Octobris ordinatum in oppidum introduxit exercitum. Populus quidem a seditiosis custodiebatur: ipsi autem Romanorum disciplina terribi exterioribus cesare partibus ciuitatis & in partem interiori templum quæ refugerunt. Cestius uero transgressus Bethetha: quæ sic uocatur & Cenopolim: & forum quod appellatur Dacoi incendit. Deinde cum ad superiorum ciuitatem uenisset prope aulam regiam castra posuit. Et si tunc uoluisset intra muros uiolenter irrumperet ciuitatem ilico possedisset: belloque finem dedisset. Sed Tyrannius Priscus præpositus castris & plures equitum magistri a Floro pecunia corrupti conatum eius auertere & iudæos intolerandis malis repleti cladibusque contigit.

Quidam uocabant Cestium patefacturi portas qui cogniti proiecti sunt ex muris. Cestius tentat muros ascendere & inuadere templum: repugnatur a iudæis: recedit Cestius & iudæi insequuntur: dimittit quæ erant impedimento ad fugam: & nisi nox aduenisset totus exercitus periisset: nocte au fugit: insequuntur iudæi: ex Romanis mortui sunt quinque milia & trecenti peditum: ex equitibus noningenti & octuaginta. CAP. XXIX.

i Interea plurimi popularium notissimi ab Anatio Ionathæ filio persuasi Cestium quasi portas ei patefacturi uocabant. Ille autem & ira fastidians & quod non satis ei credendum putaret: tam diu id neglexit donec proditioe comperita seditiosi Ananum quidem cum cæteris de muro deiecerunt lapidibus in domos suas fugere compulerunt. Ipsi uero per turres depositi murum tantibus repugnabant: per dies quidem quinque Romanis undique conantibus inexplicabilis erat impetus. Sexto autem die Cestius cum plurimis eisdemque sagittariis a septentrionali tractu templum aggreditur iudæis ex porticu resistentibus. Qui repente quidem Romanos ad murum aduertes auertere. Postremo autem repulsi telorum multitudine recesserunt. Itaque Romanorum qui anteabant scutis suis muro nixi: & qui eos sequebantur aliis ac per ordinem aliis similiter adiunctis: quæ sic appellatur: testudinem conreperunt. Unde sagittæ in eam delatæ irritæ delabebantur: & sine aliqua noxa milites in cœnia suffodiebant: templique portas incendere moliebantur. Vehemens autem seditiosos stupor inuaserat: itaque multi ex ciuitate diffugiebant: ueluti continuo caperetur. His autem populus alacrior efficiebatur: & quantum nequissimi cadebant: tantum ut ipsi portas aperirent Cestiumque tanquam de se optime meritum recipere appropinquabant. Et profecto si paululum in obsidione perseverasset: statim ciuitatem obtinuisset. Sed credo iam tunc infestus deus pessimis eiusque sancta illo die finem bello dare prohibuerunt. Denique Cestius neque animis populi neque obsessorum desperatione perspecta militem reuocat: & sine ulla spei repulsa inconsulte nimis ac iniuste discessit. Iopinata uero eius fuga latronum fiduciam recreauit: insecuti nouissimos aliquos equitum peditumque peremere. Et tunc quidem Cestius in castris quæ apud Scopon munierat tendit: altero autem die ulterius recedendo magis hostes prouocauit: tanquam postremis appositi multos necabant: quoque utraq; itineris parte uallata in transuersos tela iacebant: & neque in eos se retorquere: a quibus a tergo fauciebantur nouissimi audebant quantum infinitam multitudinem insequi existimantes. Et a lateribus instantis uim repellere minime sufficiebant: cum ipsi quidem graues essent: ordinemque interrumpere formidarent: uideret autem iudæos leues & ad excurrendum faciles esse. Unde eueniebat ut multa mala perpetenterentur: cum nihil etiam inimicis nocerent. Tota igitur uia percussis deiectisque agmine sternebantur: donec multis occisis in quibus erat priscus sextæ legionis dux: & Longinus Chiliarchus: & Aemilius iocundus alæ præfectus uix in Gabao puenerunt: ubi castra prius posuerant: multis instrumentis amissis. Hic autem Cestius biduo commoratus inops consilii quid ageret: cum tertio die maiorem hostium uidisset numerum & omnia circum loca plena iudæis tarditate sibi obfuisse cognouit: & si adhuc ibi maneret pluribus se inimicis usurum. Itaque pro compendio fugæ cuncta quæ militibus impedimento erant amputari præcepit. Occisique tunc mulis atque asinis aliisque iumentis: præter illa quæ sagittas & machinas ferrent. Hæc enim uelut usui futura seruabat maxime quia timebat ne iudæis contra se capta prodesse. Bethoron uer-

sus antecedeat exercitum. At iudæi latioribus quidem locis minus instabant: contractos uero ian-
 gustias atq; descensus qui discessissent ab exitu prohibebant. Alii postremo super agmen impinge-
 re: fusaq; omnis multitudo per itineris iuga militem sagittis operuit. Vbi etiã peditibus quo pacto
 sibi subuenirent hæsitantibus equitum periculũ promptius erat. Nec enim ordinate uiam prosequi
 poterant obstantibus iaculis: & ne contra hostes irent ascensus ardui prohibebant eqtantibus inui-
 Lateribus autrupes ac ualles in quas deiecti qui aberrassent consumebantur. Nullusq; locus aut fug-
 endi aut ulciscendi rationem habebat. Itaq; incerti quid agerẽt ad ululatus quos desperati solẽt: fle-
 tusq; conuersi sunt. Quibus resonabat iudæoꝝ cohortatio cum clamore lætantium pariter ac sæuiẽ-
 tium. Totusq; pene qui cum Cestio fuerat perisset exercitus nisi nox aduenisset. Qua Romani quẽ
 in Bethoron cõfugerunt: iudæi uero obsessis circum oĩbus locis eoꝝ transitus custodiebãt. Deniq;
 ibi cum Cestio aperto itinere desperato iam de fuga cogitabat. Lectosque ad quadringentos oĩum
 fortissimos milites tectoꝝ fastigiis imposuit. Hisq; p̄cepit uigilum qui in castris excubant signa cla-
 mare: ut eo modo iudæi oẽm illic militum numerum arbitrarentur remanere. Ipse aut cum cæteris
 otiose usq; ad triginta stadia progreditur. Vnde mane cũ iudæi locum in quo Romani tetenderant
 desolatam uidissent in quadringentos a quibus decepti fuerant cõcurrerunt: & illos quidẽ sine mo-
 ra iaculis confecerunt: mox aut Cestium p̄sequi properabant. Sed ille cum nocte non paruum spati-
 um itineris peregisset: die uehementius quoq; fugiebat: adeo ut metu percussis milites machinas siue
 tormenta muralia: iteq; balistas: multaq; alia instrumenta relinquerent. Quibus tunc ablatis iudæi
 rursus contra illos qui ea reliquerãt usi sunt. Insequendo aut Romanos antipatridam usq; uenerunt.
 Deinde cum eos assequi non potuissent inde redeunt: & machinas secum asportarunt: mortuosq;
 spoliarunt: & prædam q̄ remanserat collegerunt: & p̄æna canentes in metropolim remearunt. suis
 quidem paucis amissis. Romanoꝝ autem auxiliorum quinque milibus peditũ ac trecentis: itemq; no-
 nings & octuaginta equitibus interemptis. Hæc quidem nouẽbris mensis octauo die gesta sunt
 anno duodecimo Neronis principatus.

Post fugam Cestii multi nobilium ex ciuitate fugiunt mittit quosdam ad Neronem nunciaturos
 eius miseriam: Qui Cestium fugauerant reuersi sunt in Hierosolymam: ex Romanis qui supererant
 amicos sibi sociant: Eleazarus p̄uadet populo ut sibi peat cõstituunt diuersi diuersis locis p̄fecti: Io-
 sepus unus ex p̄fectis subditos sibi querit conciliare: multos ex illis præponit & præficit regionibus
 Galilææ sibi subdere: munit loca oĩa pp Romanos quos timet insurgit quẽ insidiator cũ multis q̄
 Galilæam depopulant congregat pecunias: cogitabatq; diuersa in p̄nitiam Iosepi. CAP. XXX.

Post Cestii uero casus aduersos: nobilium multi tanquam e naui pessum itura ex ciuita-
 te enatabant. Deniq; Costobarus & Saulus una cum Philippo Ioacimi filio qui princeps
 erat exercitus regis Agrippæ: inde dilapsi ad Cestium transfugerunt. Qui uero cum his
 in aula regia fuerat obsessus antipas fuga despecta quemadmodum a seditiosis perem-
 ptus sit alias indicabimus. Cestius autem Saulum & cæteros in Achaiam ad Neronem
 misit: & propriam necessitatem indicaturos: & belli causas deriuaturos in Florum. Sperauit enim &
 iram in illum excitatũ iri: & sua pericula summo uenda. Tunc autem Damasceni cæde Romanorũ
 cognita: iudæos apud se degentes perimere studuerunt: & cum eos in publicis terminis collectos ha-
 berent: namq; id olim pp suspiciones meditabãtur. Facile quidem sui conatus exitum fore putabãt.
 Verebantur aut mulieres suas fere omnes præter paucas iudaizantes: & eorum religione deceptas.
 Quare his magna cura fuit eas celandi quid agerent. Iudæoꝝ autem decem milia quippe in angu-
 sto loco atq; oēs inermes aggressi: una hora sine metu iugulauerunt. Qui uero Cestium fugauerant in
 Hierosolymam reuersi: quos adhuc Romanoꝝ studiosos inuenissent: partim ui partim blanditiis si-
 bi etiam sotiabant. Et in templũ congregati plures belli duces eligendos esse censebant. Declaratus
 est igitur Iosepus Gorionis filius & pontifex Ananus omnia quæ in ciuitate gerenda esset imperatu-
 ros: maximeq; ut ciuitatis muros erigerent. Filium namq; Symonis Eleazarũ romanorũ quãuis præ-
 dam & ereptas Cestio pecunias: & insuper his plurima ex thesauris publicis in potestate haberet: ta-
 men nullis necessitatibus præposuerunt: q; & ipsum tyrannidis superbia uiderent ferri: eiusq; studio
 suos siue imitatores satellitum more uersari. Verum paulatim Eleazarus ambitione pecuniæ: itemq;
 astutia persuasit populo: ut in omnibus sibi pareret. In idumæam uero quos mitterent alios militũ
 duces optarũt Iesum filium Sappha unũ ex pontificibus: Eleazarũ pontificis filiũ: Nigro autem mã-
 dauerunt qui tunc idumæam regebat: ex regione trans iordanem posita genus ducens: unde Perai-
 tes cognominabatur ducibus obtẽperare. Sed ne alias quidẽ regiones omittendas putabant. Nãq;
 in hiericunta Iosepus filius Symonis: & trans flumen quidem Manasses Thapnã uero Ioãnes effæus
 Topchias administraturi directi sunt. Huic at Lydda & ioppe & Ammaus erant adite. Gophnitice
 aut & Acrabatene regionibus Ioãnes filius Ananiæ rector erat designatus: & utriusque Galilææ iose-
 pus Matthiæ filius: huius administrationi iũcta erat & Gamala munitissima ciuitatũ: quæ ibi fuere q̄
 dem rector pro alacritate ac prudentia sua qsq; res sibi creditas administrabat. Iosepus aut cũ in Ga-
 EE

Galilæam uenisset primū curæ habuit indigenarum sibi conciliare beniuolentiā: multa sciens ea confi-
 ci posse licet in aliis peccauisset. Deinde considerato q̄ potentissimos quidem amicos habebit: si eos
 participes potestatis fecisset: oēm uero multitudinem si plerāq; p̄ indigenas & consuetos fieri p̄cipe-
 rer. Lxx. de senioribus eius gentis prudentissimos elegit: eosq; rectores totius Galilææ constituit. Se
 p̄ se referre iubēs atq; lxx. dispositos igit p̄ ciuitates: quo iure inter se uterentur: etiā quē admodum ex-
 trinsecus tuti essent animaduertit: certusq; in Galilæam Romanos esse uenturos opportuna loca mu-
 ro cingebant: hoc est iotapata & Bersabæ & Selamin necnon & Perticho & iapha & sigoph: non-
 in ea quæ inferior Galilæa uocabatur munuit. Superioris autem Galilææ achabarō petram quæ sic
 dicitur & Seph. & lamnith & Mero in gaulanitide uero seleuciam: & foganē & Gamala munitione
 circumdedit. Solis aut Sefhoritis permisit ut murum sibi metipsis fabricarent: quia eos pecuniosos
 esse: & ad bellum p̄ptos ēt sine p̄cepto uideret. Similiter autem etiam Giscalam iosepi iussis su-
 per se muro cinxit iohannes Leui filius: cæteris aut castellis oībus ipse iosepus intererat iubēdo: simul
 atq; opem ferendo. Quin & exercitum ex Galilæa supra centum milia uirorum comparauit: quos
 omnes undiq; collectis armis ueteribus instruebat. Deinde reputans hoc maximam Romanorum ī
 uictam esse uirtutem q̄ edicto essent audientes rectoribus suis & exercitationi operam darent. Do-
 ctrinam quidē urgente necessitate despexit: parendi autē facultatem ratus regentium multitudine
 posse contingere ita ut Romani solent diuisit exercitum: pluresq; fecit agminum principes. Diuersis
 que militū generibus ordinatis alios decadarchis: alios Chiliarchis subdidit: & insuper his rectores
 maiorum rerū administratores. Docebat autem signorum disciplinas & prouocationes reuocatio-
 nesq; buccinarum: & principia cornuum & circūdationes: & quemadmodū oporteret laborantibus
 succurrere fortiores: & circum defatigatis partiri pericula quæq; ad fortitudinem animi corporisq;
 rolerantiam pertinerēt instituebat. Maxime uero eos erudiebat ad bellum: usquequaq; Romanorū
 referens disciplinam: & q̄ cum uiris essent p̄liaturi qui & uiribus corporis & animi obstinatione to-
 tum pene orbem superarent. His addidit quo pacto belli tempore suis essent parituri p̄ceptissimā nunc
 periculum fore nisi consuetis delictis hoc est furtis & latrocinis & rapinis abstinuissent: sed neq; aut
 gentilibus fraudem facerent aut consuetissimorū damna proprium quæstum putarent. Illa enim bel-
 la optime administrari: quorū milites bonam conscientiam gererent. Qui uero per se prauī fuissent:
 his non solum inimicos sed etiam deū hostes futurū. Multa in hunc modum admonendo perseue-
 rabat: & iam quidem quantū p̄lium paratum esset conflatum erat. Nam septuaginta peditum mi-
 lia & cc. xl. equites ac p̄ter hos etiam mercenarios quibus maxime fretus erat habebat: quatuor mi-
 lia. d. necnon & sexcentos circa se electos custodes corporis atq; satellites. Exceptis autem mercena-
 riis facile cæteri milites a ciuitatibus alebantur. Nanq; singulæ quas enumerauimus cum mediā sui
 multitudinem mitterent in militiam: reliquos ad comparandum eis uictum tenebant: ut pars armis
 pars faciendi operis dirimeretur: & armati securitatem rependerent suggerentibus cōmeatum iose-
 po aut hoc modo administranti Galilæam insurrexit quidam insidiator patriæ Giscala ortus Leui
 filius noīe ioānes callidissimus ac dolis plenus & nequitia quidem nobilissimus omnium: antea ue-
 ro parumper & aliquantum militiæ suæ impedimentam passus inopia: facile mentiti paratus mirū
 que ad fidem adhibere mendacio: & qui fallaciam uirtutem putaret: eaq; aduersus amicissimos uer-
 retur simulator humanitatis & spe lucri appetentissimus cædium: qui semper quidem imoderata cō-
 cupisset: spem uero leuioribus maleficiis aluisset. Latro enim erat sui moris ac solitarius: deinde co-
 mitatum inuenit audaciæ: primo quidem paruum ampliorem aut proficiens. Curæ aut habebat ne-
 minem ignarū asciscere: sed qui & habitudine corporis & animi magnitudine bellorumq; peritiā p̄-
 stare hos eligebat: donec quadringentorū uirorum cateruam congregauit: quorum plures ex Ty-
 riorum finibus & uicis erant. Isq; omnem Galilæam depopulabatur: & multos futuri belli metu su-
 spensos lacerabat. Hunc igitur iādudum regendi milites cupientem & maiora desiderantem diu pe-
 cuniæ retardabat inopia. Cum aut uideret iosepum sua uiuacitate letari: persuadet ei primum fabri-
 candi muri patriæ sollicitudinem sibi cōmitteret. In qua re questus magnos a locupletibus fecit. De-
 inde callidissima fraude composita oleo quod non a gentilibus suis tractatum esset uti cauerent oēs
 apud Syriam iudæi: ut ad confinia oleū mitteret deposcit. Nummoq; Tyro qui. iiii. Atticos faceret
 emptis. iiii. amphoris eodem p̄cio amphoræ dimidium uenundabat. Cūq; Galilæa ferax esset olei
 maximeq; illo tempore magna ubertate redundaret: in ea loca ubi erat penuria solus multumque
 mittendo: infinitam summam pecuniæ congregauit. Qua mox in eum usus est: qui hoc sibi benefi-
 cium p̄stitisset. Deniq; existimans iosepum disposuisse rectorem se eē Galilææ futurum quibus p̄-
 erat latronibus imperauit: p̄das uehementius exercere q̄ multis rebus nouis per regiones excita-
 tis aut insidiis alicubi rectorem perimeret si cui ferret auxilium: aut si latrocinia negligeret ob hoc
 eum apud indigenas accusarent. Iam dudum autem rumorem dissipauerat: q̄ res Galilææ iosepus p̄-
 dere cogitaret: multaq; in hunc modum ad eius perniciem comparabat.

Quidam qui aggressi sunt procuratorem Beronicis & multa abstulerunt: quia Iosepus iussit ut regibus restituerentur illa: contra eum tumultus maximos parant: accusantes eum esse proditorem irruunt in eius domum: querit placare illos uerbis: praeualet aduersus eos: Ioanes quidem fraude molitur contra Iosepum insidias: cognita fraude ut de iniuria uendicaret accedit cum militibus ad Ioanem hic autem emissis armatis iussit eum interfici: aufugit in lacum: resumptis uiribus Ioanes cogitur aufugere tentat aliud genus insidiarum aduersus Iosepum.

CAP. XXXI.

Taq̄ illa tpe cum quidam ex uico Dabaritarum in magno campo custodias agētes Ptolemæum Agrippæ & Beronicis procuratorem aggressi: oēs quas ferebat sarcinas abstulissent: in quibus erant non parua uestes preciosæ: plurimaq̄ argenti pocula: & sexcenti aurei: neq̄ hanc p̄dam occulte administrare possent: oīa Tarichæas ad Iosepum comporant. Ille autē rephensa uolentia quam regiis intulissent: reponi res ablatas apud al-

quem eius ciuitatis potentissimum iubet: paratus eas dominis oportune remittere. Vnde maximū eius periculum comparatū est. Nanq̄ raptores earum & quia p̄dæ nullam partem accepissent: ægre ferentes & prospicientes quod Iosepus cogitauerat laborem suum regibus condonare: per uicos nocte discurrent: omnibusq̄ indicant Iosepum prodidisse: eodemq̄ tumultu ciuitatis proximas repleuerunt: adeo ut centum armatorū milia contra Iosepum prima luce concurrerent. Deniq̄ multitudo in circo apud Tarichæas congregata plurima per iracundiam conclamabat: partim deponi partim concremari uociferans proditorem. Pluresq̄ incitabat Ioanes: & cum eo filius Samphæ Iesus q̄ tūc magistratui Tiberiadis p̄erat Iosepi quidem amici & satellites tantæ multitudinis incurfu perterriti omnes p̄ter paucos diffugerunt. Ipse uero dormiens prope cum iam ignis admoueretur exurgēs: & monentibus eum .iiii. qui remanserant: neq̄ solitudine sua: neq̄ illoꝝ qui contra se uenerant copiis perturbatus: in conspectu eorū profiliit ueste discissa in fusoq̄ capite puluere: auersusq̄ post tergum manibus suoꝝ ceruicī gladio admixto. Hæc autē amiciores ei maxime tarichæatas ad misericordiam comouerant. Rustica uero plebs & finitimorū quibus molestior uidebatur: non sine maledictis eum iuebant publicas proferre pecunias: & facta proditionis fateri. Nam ex habitu eius opinabantur nihil eorum de quibus nata fuerat suspitio penitus negaturū: & impetrādæ ueniæ causa fecisse omnia quæ misericordiam prouocarent. At illius ista humilitas consilium perstruebat: & contra se indignātes arte circunueniens: ut super his unde irascerentur inter se ipsi discordarent: omnia confessus est. Deinde sibi facultate concessa: ego inquit has pecunias neq̄ Agrippæ remittere cogitabam neque in propria lucra conuertere: absit enim ut amicum putem unquam qui uobis sit inimicus: aut quæstum ex re capiam quæ uos communiter læderet. Sed quia uidebam o Tarichæatæ maximam ciuitatē uestram munitionis egere: & ad extruenda mœnia minus habere pecuniæ: Timebamq̄ Tyberiensium populum & alias ciuitates raptis pecuniis inhiantes: pedetentimq̄ eas retinere decreui ut uos muro circundarem. Si hoc non uidetur profecto q̄ oblata sunt & diripienda propono. Si recte consului: bene de uobis meritum coerces: hæc Tarichæatæ quidem ab eo dicta cum fauore receperunt. Tyberiensis uero cum aliis deprauando insuper etiam minitabantur: utrique autem relicto Iosepo iter se litigabant. Ille autem fretus iam secum sentientibus: erant enim prope ad quadraginta milia Tarichæatæ: cū multitudine liberius loquebatur: multum in eorū temeritatem inuectus: ex præsentī q̄ dem pecunia Tarichæam ait esse muniendam. Curæ autē sibi fore similiter ut etiam cæteræ tutæ sint ciuitates. Nec enim pecunias de fore si concordare uelint in eos unde parandæ sunt: & non in eum moueantur qui parat. itaque cum alia quidem multitudo quæ decepta fuerat quāuis irata recederet duo uero armatorum milia imperum in eum fecere. Cūq̄ se ille tecto ante recepisset instabāt ei minitantes. Iterum autē Iosepus in hos altera fraude nititur. Cūq̄ ad fastigium culminis euassisset compresso dextra strepitu: nescire ait se quid peterent sibi prestari: uoces enim se non exaudire confusas. Omnia uero quæ iuberent esse facturum si aliquos intromisissent: qui secum otiose colloquerētur. His auditis illico nobiliores cum magistratibus ad eum ingrediuntur. Quos ille in ædium partes inductos clausa ianua tam diu uerberauit: donec eorum intestina nudata sunt. Circunstabat autem interim populus existimans eos prolixis allegationibus concertare. Cum subito Iosepus foribus patefactis cruentos eos dimisit. Vnde tanto terrore qui minabantur affecti sunt: ut protectis armis aufugerent. Ob hoc Ioannis etiam atque etiam crescebat inuidia: aliasque nihilominus Iosepo moliebatur insidias: morboque simulato per epistolam postulauit: ut sibi medicinæ gratia Tyberiensibus aquis calidis uti permetteret. Iosepus autem nondum enim suspectus erat insidiator ad præfectos ciuitatis litteras fecit: ut hospitium & utensilia Ioanni præberent. Quibus ille potitur biduo post cuius rei causa uenerat agebat. & his fraude circunuentis: aliis uero pecunia corruptis ut Iosepum desererent persuasit. His cognitis Silla quem Iosepus custodiæ præposuerat: propere de insidiis ei scripsit: atque ille accepta epistola noctuque itinere maturato matutinus ad Tyberiadam peruenit. Et cætera quidem multitudo obuiam ei præcessit. Ioannes autem quamuis eum contra se uenisse suspicaretur: tamen direpto quodam ex notis infirmitate simulata q̄ lectulo detineretur obsequio se deuisse mandauit. Tyberiensibus autem a Iosepo in Amphitheatri studium congregatis ut eos quæ

sibi scripta fuerant alloqueretur missis armatis Ioannes iussit eum interfici. Quos cum iam nudare gladios perspexisset populus exclamauit atq; ita conuersus ad eius uocē iosephus ubi ferrum prope iugulo suo imminere prospexit in litus disiluit e tumulo excelso cubitis sex: in quo uerba faciens cū populo steterat: ascensaq; nauicula cum duobus satellitibus suis quæ illic applicuerat in medium lacum refugit. Milites uero eius ilico raptis armis contra insidiatores irruebant. Mox aut ueritus iosephus ne bello intestino suscitato propter paucoꝝ inuidiam ciuitas consumeretur nuncium suis misit qui eos moueret: ut propriæ tantum saluti consulerent. Neq; uero quēquam occiderent uel arguerent noxiorum. Et illi quidem dicto parentes conquieuerunt. Qui uero circum ciuitatem per agros habitabant auditis insidiis & quis earum fabricator fuisset contra ioannem ueniebant. Sed ille prius in Giscala patriam suam fuga receptus est. At Galilæi totis iam ciuitatibus ad iosephum confluerem adesse clamabant: unaq; cum eo ciuitatem quæ illum suscepisset ignibus tradituros: ad ea iosephus probare quidem se eoꝝ beniuolentiam impetum aut cohibendum esse dicebat prudentia magis inimicos uincere cupiens quam perimere. His uero qui de singulis ciuitatibus cum ioanne rebellassent nominatim exceptis quippe alacri animo suos quisq; populus indicabat præconum uoce denunciabat intra quinque dies eoꝝ qui ioannem non reliquissent patrimonia diripienda: domosq; eorum cum familiis exurendas. Et tria quidem milia statim ab eo reuocauit: qui p̄fugi ante pedes eius arma proiecerunt. Cum reliquis aut ioannes prope mille uiris Syris fugitiuis transfudit se iturum in occultas insidias ex apertis ac per nuntios in Hierosolymam clam directos iosephum accusabat q̄ magnum exercitum collegisset: iamq; nisi p̄ueniatur uel tyrannus Metropoleos uenturus esset. Verum ea populus quidem præsciens negligebat: liuore autem potentes nonnulliq; magistratuum clam pecunias ad comparandos mercenarios milites misere ioanni: ut per eos bellum cum iosepho gereret. Decretum quæ inter se conceperunt: quo idem iosephus militum administratione decederet. non tamen id satis esse credebant: ideoq; duo milia & quingentos armatos & quatuor nobiles uiros iuris periti filium ioesdram & Ananiam sadduci & Symonem & Pudē ionathæ filios omnes eloquentia ualidissimos: ut eorum scilicet monitu auerteretur ab iosepho beniuolentia multitudinis. Et siquidē ipse sponte sua ueniret paterentur eum rationem reddere. Sin remanere cōtenderet: uelut hoste uterentur. Amici aut iosephi militem quidē ad eum uenturum esse perscripserant: causam uero non indicauerunt quō secretum fuit inimicorum eius consilium. Vnde factum est ut quod p̄cauere non potuit: quatuor statim ciuitates ad inimicos postquam uenere deficerent. Hoc est sephoris & Gamala & Giscala & Tyberias: quas tamen continuo sine armis recepit. Captos aut quatuor duces consilii armatorumq; fortissimos remisit ad hierosolymam: contra quos populus haud mediocri indignatione cōmotus: ipsos & a quibus permitti fuerant occidisset: nisi ante fugissent.

Deseritur iosephus a suis: quos ipse punit: euocās oēs primates & astutia quadam utens scaphis ducens secum in Tarichæas cuidam clamanti clicus nomine iubet manus abscondi ipseq; sibi met dextram truncavit timore perterritus.

CAP. XXXII.

Ioannem uero iam intra muros Giscalon iosephi timor custodiebat. Et paucis diebus post iterum rebellauit Tyberias: habitatoribus eius agrippam regē implorantibus. Et cū ille constituto die ad eos non uenisset: pauciq; Romani equites ibi tum comparuissent: a iosepho alienati sunt. Hisq; apud Tarichæas cognitio statim: defectio consecuta ē. Cū uero cunctos iosephus milites misisset frumentatū: neq; solus egredi contra destitutus: neq; se continere patiebatur: metuens nedum ipse tardaret ante in ciuitatem regii transgrediretur. Nec. n. postero die obstante sabbato quicquā facere poterat. Dolo aut qui se deseruerant circūuenire cogitabat. Et portas quidem Tarichæarum claudi iussit: ne quis consilium suum illis proderet contra quos suscipiebatur. Oibus autem scaphis quas in lacu repperit congregatis: ducentæ autem & triginta fuerunt: quaterniq; nauæ nō amplius singulis inerāt: mature ad Tyberiam nauigat. Cūq; tanto ab ea distaret spatio unde facile uideri non posset: inanes scaphas in salo relictas septē ipse solus inermes satellites secū habens propius ut cōspiceretur accessit. Quem cum inimici adhuc maledicentes ei ex muro cōspexissent: metu p̄territi: & scaphas armatorum esse plenas existimantes: arma proiciunt: manusq; supplices agitant ut ciuitati p̄ceret p̄cabantur. Iosippus aut postquā multas eos minis & castigationibus exprobrauit: primū q̄ bello contra populum romanū suscepto: intertinis dissensionibus uires suas ante consumerent inimicoꝝ uota compelerent. Deinde q̄ securitatis suæ curatorem de medio tollere properarent ciuitatēq; non erubescerent sibi claudere: qui eā muro cinxisset non repudiaturū se ait: si qui sibi satisfacerent: quibusq; interuenientibus amicitiā cum ciuitate firmaret. Itaq; statim ad eum decē Tyberiensū potentissimi descenderūt. His aut in unam receptis nauiculā piscatoriā: & p̄cul abductis alios quinquaginta curiales uenire iussit maxie notissimos uelut illi quoq; fidē sibi p̄bere deberēt. Deinde nouas causatiōes excogitās: alios insup atq; alios obrectu fœderis euocabat: ut mature Tarichæas recurrerēt gubernatoribus nauū impletarum impera

bat: quoque auexissent in carcerem collocarent. Donc omnem curiam quæ sexcentos haberet uiros: duoque milia popularium compræhensa in Taricheas scaphis abduxit. Relictis autem uociferantibus Clitum quendam esse maxime defectionis auctorem: iranque ipsius poena illius præcanti bus fatiari: illum quidem Iosepus nolēbat occidere. suorum uero satellitum quendam Leuim egredi iussit: qui Cliti manus absunderet. Cum uero is præ timore solum globo inimicorum commissurum negasset: eaq; causa indignari Iosepum stantem in scapha clitus cerneret: ipsumq; uelle descēdere ac de se supplicium sumere: ut saltem unam manum sibi concederet orabat. Neque hoc abnuente Iosepo: dummodo alteram sibi met Clitus præscideret: educto ille dextera gladio leuam sibi truncavit: tantus eum timor Iosepi inuaserat. Ita tunc Iosepus uacuis scaphis & satellitibus septem populo capto rursus Tyberiadam sibi sociauit. Paucisque diebus post cum etiam Sephorim defecisse in: ter alias reperisset militibus eam depraedari permisit: omniaque inde lecta popularibus dedit eam Sephoritis. Nam & captus rapinarum damna corrigere uoluit: redditione rerum rursus eos ad beniuolentiam reuocare. Hactenus apud Galilæam motus iamque ab intestinis dissensionibus quiescentes aduersus Romanos instruebantur: Hierosolymis autem Ananus pontifex & potentiores qui non cum Romanorum parte sentirent muros instaurabant: multaue bellica instrumenta perq; omne oppidum sagittæ aliq; arma fabricabantur. Exercitationibus autem omnis manus iuuenum operam dabat. Erantque uniuersa plena tumultus: magnaq; tristitia mediocres occupauerat: multique futuras clades prospicientes fletum cohibere non poterant: infestaque pacem cupientibus omnia uidebantur. Belli autem incentoribus quæ illis placerent ex templo refingebantur statusque iam tunc quasi peritura ciuitatis erat. antequam Romani uenirent. Anano autem apparatus belli negligere cura fuit: & studioforum quos æmulatores uocabant amentiam ad ulteriora conuertere. Vi tamen uictus est: & quis illius finis fuerit posterioribus explanabimus. In Acrabatena Toparchia Gioræ filius Symon: multis nouarum regū cupidis congregatis ad rapinas conuersus non solum domos locupletum perturbabat: uerum etiam corpora uerberibus conficiebat. Iamque tunc certus erat incipiēs Tyrannidem. Ab Anano autem missis aduersus eum militibus magistratum ad latrones qui erant Masadæ cum his quos habebat effugit: ibique manens donec Ananus & alii eius inimici perempti sunt: Idumæam cum cæteris populabatur: adeo ut magistratus eius gentis propter cædium multitudinem & prædaram assiduitatem collecto milite uicos præfidiis tuerentur: & Idumææ quidem res ita se habebant.

¶ De bello iudaico. Liber. iiii. incipit.

¶ Sentiens Nero res gestas non prospere indignatur: mittit Vespasianum in Syriam ad regēdos exercitus & ulciscendos Iudæos rebellantes tandem ex Iudæis. x. milia perimuntur: non cessant iudæi uerum A scalonem petunt: sed Antonius positus insidiis qua erant transituri super octo milia interficit cæteri aufugiunt: Niger unus ex ducibus Iudæorum in turrim se recipit quem Antonius succendit ille uero saltu demissus euadit: uidentes iudæi illum gaudent qd dei prouidentia dux eorum impofterum sit seruatus. CAP. I.



Eronem autem ubi res apud iudæam non prospere gestas accepit. Latens quidem quod necesse fuit cum stupore timor inuadit: aperte autem superbiam simulans: ultro etiam indignabatur: magisque ducis negligentia: quam uirtute hostium quæ contigerant esse dicebat. Dicere se putans propter pondus imperii tristiora contemnere uideri quam malis omnibus superiorem animum gerere. Verum tamen curis arguebatur mentis eius perturbatio cum deliberaret cui nam motum crederet orientem qui una & Iudæos rebellantes ulcisceretur proximasque his nationes simili morbo correptas ante caperet. Inuenit igitur solum Vespasianum his necessitatibus parem & qui tanti belli magnitudinem sustinere posset uirum ab adolescentia usque ad senectutem bellis exercitatum: & qui populo Roma. iam pridem pacasset Hesperiam Germanorum tumultu concussam: armisque ante illud tempus incognitam Britanniam uindicasset. Vnde patri quoque ipsius claudio præstiterat: ut sine proprio sudore triumpharet. Itaque his uelut omnibus fretus Nero: ætatemque illius cum peritia stabilem cernens obsidesq; fidei liberos: eorumq; filioꝝ uigore manus esse paternæ prudētiæ: iā tum fortasse de tota republica deo aliquid ordinante. mittit eum ad regēdos exercitus in Syria constitutos: multis pro tempore blandimentis atque obsequiis animatum qualia necessitas imperare consueuit. Ille autem protinus ex Achaia ubi cum Nerone fuerat: Titum quidem filium suum dirigit Alexandriam ut inde quintā item decimam legiones moueret. Ipse uero transmissus ad Hellespontum terrēo itinere sic Syriam peruenit ibique Romanas uires multaue a uicinis regibus auxilia congregauit. At iudæi post malam Cæstii pugnam insperata scelicitate sublatis: animorum impetus cohibere non poterant. Sed